

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Hrabani Mauri uniuerso libri XII-XXII - Cod. Aug. perg. 68

Hrabanus <Maurus>

[S.l.], [9. Jahrh./10. Jahrh.]

[urn:nbn:de:bsz:31-64224](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-64224)

Handwritten text on a small rectangular label, likely a library or ownership mark, in a historical script. The text is partially legible and appears to contain a date and a reference to a library or collection.



Im Rücken
nein Fragmente

LXVIII

M

Faint, mostly illegible text from the reverse side of the parchment, appearing as bleed-through or light impressions.

a. 59.

Le. XVIM

Non e ysd qd robat
Expendia Simon et tiz

1. Ethimologia

INCIPUNT CAPITULA LIB. XII.

- De orbe.
- De parta dno.
- De regionibus.
- De insulis.
- De promuntorijs. EXPLICIT. CAP. LIB. XII.
- INCIPUNT CAP. LIB. XIII.
- De montibus.
- De collibus.
- De vallibus.
- De campis.
- De saltibus.
- De locis.
- De confragosis locis.
- De clustris ferarum.
- De lucis.
- De desertis locis.
- De deuis locis.
- De amoenis locis.
- De apricis locis.
- De lubricis locis.
- De estuatis locis.
- De naualibus locis.
- De litore.
- De specu.
- De hiatu.
- De profundo.
- De baratro.
- De heredi profunditate.

De loco coetu. EXPLICIT. CAP. LIB. XIII.

- INCIPUNT CAP. LIB. XIV.
- De aedificijs publicis.
- De portis.
- De uis.
- De plateis.
- De cloacis.
- De foro.
- De curia.
- De pretorio.
- De gymnasio.
- De capitolio.
- De arcibus.
- De amphitheatro.
- De sciro.
- De thermis.
- De balneis.
- De apoliterio.
- De tabernis.
- De macello.
- De carcere.
- De habitaculis.
- De aedificijs sacris.
- De aditibus.
- De parietibus aedificiorum.
- De repostorio.
- De officinis.
- De munitionibus.
- De tentorio.
- De sepulchris.



xxviii De edificis rusticis
 xxix De agris
 xxx De mensuris agrorum
 xxxi De tignis. *EXPLICIT. CAP. LIB. xiiii.*
INCIPIUNT CAP. LIB. xv.
 i De philosophis gentium
 ii De poetis
 iii De sibyllis
 iiii De magis
 v De paganis
 vi De diis gentium. *EXPLICIT. CAP. LIB. xv.*
INCIPIUNT CAP. LIB. xvi.
 i De linguis gentium
 ii De gentium uocabulis
 iii De regnorum militumq. uocabulis
EXPLICIT. CAP. LIB. xvi.
INCIPIUNT. CAP. LIB. xvii.
 i De pulueribus & glebis terrae
 ii De glebis et aquis
 iii De lapidibus uulgariis
 iiii De lapidibus insignioribus
 v De armoribus
 vi De ebore
 vii De gemmis
 viii De margaritis
 ix De cristallis
 x De iuro
 xi De metallis
 xii De iuro
 xiii De argento

xxii De aere
 xxiii De electro
 xxiiii De stagno
 xxv De plumbo
 xxvi De ferro. *EXPLICIT. CAP. LIB. xvii.*
INCIP. CAP. LIB. xviii.
 i De ponderibus
 ii De mensuris
 iii De numero
 iiii De musica partibus eius
 v De medicina et morbis. *EXPLICIT. CAP. LIB. xviii.*
INCIP. CAP. LIB. xix.
 i De cultu agrorum
 ii De frumtis
 iii De leguminis
 iiii De uitis
 v De arboribus
 vi De praes nominibus arborum
 vii De arboribus
 viii De herbis aromaticis siue communibus
 ix De oleis. *EXPLICIT. CAP. LIB. xix.*
CAPITULI xx.
 i De be
 ii De triplici
 iii De instrumentis bellicis
 iiii De beis & tabis
 v De aere
 vi De glia
 vii De his
 viii De uitis

3

INCIPIT LIBER XII. De terra

Terra est in media mundi regione posita omnibus partibus caeli in modo dū centri aequali inter uallo consistens quae singulari numero totum orbem significat. plurali uō singulas partes cuius nomina diuersa dat ratio. Nam terra dicta a superiori parte quateritur. humus ab inferiore uel humida terra ut sub mare. Tellus autem quia fructus eius tollimus. haec & ops dicta eo quod opem fert frugibus. eadem & arua ab arando & colendo uocata. proprie autem terra ad distinctionem aquae arida nuncupatur. sicut scriptura ait. quod uocauerit dñs terram aridam. Naturalis enim proprietās siccitas est terris. nam ut humida sit. hoc affinitate aquarum sortitur. cuius motum. alii dicunt uentum esse in concavis eius qui motus eam mouet. Sallustius uentum peuia terre citati rupta aliquot montes tumuliq; sedere. Alii aqua dicunt generale interris moueri & eas simul concutere sicut uas ut dicit Lucretius. Alii fungo eandem terram uocant. cuius pleriq; latentes ruinas supposita cuncta concutiunt. terrae quoq; iactus. aut motu aquae inferioris fit. aut crebris tonitruis. aut de concavis terrae erumpentibus uentis. Terra enim r̄stice plures significationes habet. aliquando significat patriā celestē ut est illud. Credo ui

dere bona dñi in terra uiuentium & illud euangelii. beati inquit inquit. quō ipsi possi debunt terram. Aliquando carnem dñi saluatoris significat ut est illud. benedixisti dñe terrā tuā. auertisti captiuitatem iacob. De iacob enim patri archa significat populū fidele. qui liberatus est a captiuitate diaboli per incarnationē saluatoris. Item terra significat scām mariā uirginem. de qua dñs nasci dignatus est. unde est illud. ueritas de terra orta est. & iustitia de caelo p̄spexit. Potest & aliter hic sensus intellegi. ueritas de terra oritur. quando confessio peccatoris offeritur. iustitia de caelo p̄spexit. quando fit remissio peccatorum qđ in publicam illius oratione p̄uenit. Ueritas enim de terra orta est. quando imā respiciens confitendo peccata sua dñm rogabat. iustitia uō de caelo p̄spexit. cum descendit iustificatus publicanus magis quā ille phariseus. Item terra aeclesiā significat ut est illud. dñi est terra. quamuis terram & in bono & in malo poni sepe uocemus. Hic tam aeclesiā debemus aduertere quae dño specialiter pura mente famulatur. Nā licet & omnia ab ipso sint condita. tamen illud ipsius esse proprie dicimus quod cum ueneratur auctorem. & ideo aeclesia non in merito fructifera bonorum terra suscipitur quia nutrit & continet & populū. Sequitur & pleni

tudo eius id est multitudo sc̄a qua repletur
 ecclesia. sed ne terram qua superius dixit
 angustam putares. aliquam fortasse regio
 nem. Nunc dicit orbis terrarum hoc est
 uniuersalem ecclesiam. quae totius mun
 di ambitu continetur. Intende uero qd̄
 dicit. qui habitant in ea id est non qui ue
 nunt & recedunt. sed qui fixa mentis
 stabilitate perdurant. Habitare enim
 manere dicimus quod errantium non est
 quod mutabilitati non conuenit. sed ille
 solus ecclesiam habitat. qui usq; ad obi
 tum suum infide rectissima perseuerat
 sicut & alius psalmus dicit. ut inhabite
 in domo dñi omnibus diebus uitae mee.
 Terra homo ipse ut in euangelio. aliud ceci
 dit interram bonam. Item in genesi. ari
 da terra nominatur. ut est illud. & uo
 cauit aridam terram. populum scilicet
 fontem fidei sitientem. & bonorum ope
 rum germen proferentem. Terra uero
 in malum posita est ubi corruptionem
 humanae naturae. uel peccatores & per
 ditos homines significat. Corruptione
 autem naturae illa dñi sententia de
 monstrat. qua ad hominem peccantem
 ait. terra es & in terram ibis. Peccatores
 quoq; terrae nomine ibi notantur. ubi
 dñs ad serpentem ait. terram comedes
 cunctis diebus. hoc est peccatores in sorte

tuam & perditionem trahes & eorum ini
 quitatibus pasceris. Similiter & illud qd̄
 alibi legitur. recedentes. a te in terra scriben
 tur. id est qui per apostasiam. a te auer ten
 tur. inter peccatores connumerabuntur.
 Terra carnalis potentia ut in ecclesiastico.
 quid superbit terra & cinis. Terra deserta
 populus iudaeorum. siue om̄s peccatores. ut
 in hieremia. terra deserta & inhabitabilis
 in qua nullus habitat. nec pertransit per eam
 filius hominis. id est dñs ih̄s x̄ps. Puluis pecca
 tores sunt sicut in esaiā dicit. p̄ diabolo & ser
 penti puluis panis eius. & alibi non sic impii
 non sic sed tamquam puluis. Lutum medicinae
 caelestis glutinū. ut in euanḡ. lutū fecit & li
 mit oculos meos. Aliter lutū peccatorum
 glutinū ut in ps̄. eripe me deluto ut non
 haerear. Lutum. adolatio deceptoris. siue
 hereticorū falsa delinitio. ut in hierem̄. ipsi
 aedificabant parietem. illi. uū limebant cum
 luto. absq; temperamento. **DE ORBE**
 Orbis a rotunditate circuli dicitur. quia si
 cut rota est. unde breuis & iam rotella orbi
 culus appellatur. Undiq; enim circū fluens
 oceanus eius in circuitu. ambit fines. Signi
 ficat ergo aut totum mundū iuxta historiam
 aut iuxta allegoriam uniuersalem ecclesiam. aut
 in contraria parte impios qui frequenter
 terrae appellatione declarantur. De quibus
 psalmista ait. iudicabit orbem terrae in

5.
iustitia & populos in aequitate. Nam sub
iustitia ad no iudicandi sunt qui per tina-
cia sua nulla remissione liberent. populus
autem significat eos qui ex hebreis fideles pba-
ti sunt & qui deuoti ex gentibus aduenerunt.
requirendum est sane quod & hic orbem ter-
rarum dicit & in alio psalmo ponit. inluxerunt
fulgura eius orbi terrae. & in alijs plurimis
locis ipso schemate terram perhibeat. Et
se condusam. iterumque centesimus sextus
psalmus quatuor cardinibus terrae spa-
tia comprehendit dicens. A solis ortu & occa-
su. ab aquilone & mari. Cui rei euidentissi-
mum quoque euangelium extat exemplum ubi dicit.
Emitte angelos suos cum tuba & uoce mag-
na & congregabit aqua tuos angulis terre.
Unde merito estimo perquirendum. quemad-
modum terra possit & quadratio & circulus
conuenire. dum scemata ipsa sicut geome-
trica dicunt uideantur esse diuersa
formam terrae ideo scriptura orbem uocat
eo quod respicientibus extremitate eius circu-
lus semper appareat quem circulum greci
orizonta uocant. Quatuor autem cardi-
nibus eam for mari dicit. quia quatuor
cardines quatuor angulos quadrati sig-
nificant. qui intra praedictum terrae cir-
culum continentur. Nam si ab orientis car-
dine in austrum & in aquilonem singulas rec-
tas lineas ducas. similiter quoque & si ab occi-

dentis cardine ad praedictos cardines id est
austrum & aquilonem singulas rectas li-
neas tendas. facis quadratum terrae intra
orbem praedictum. sed quomodo quadratus
iste demonstratiuus intracirculum scribide-
beat. eodides in quarto libro elementorum eui-
denter insinuat. quapropter recte scriptu-
ra sciam faciem terrae & orbem uocat. & quat-
tuor eam dicit cardinibus contineri.
Diuisus est autem trifarie. equibus una
pars asia. altera europa. tertia affrica
nuncupatur. quas tres partes orbis ue-
teres non aequaliter diuiserunt. Nam asia
a meridie orientem usque septentrionem
peruenit. Europa uero a septentrione usque
ad occidentem. atque affrica ab occidente
usque ad meridiem. Unde euidenter orbem
dimidium duae tenent. europa & affrica.
Alium uero dimidium sola asia. sed ideo
istae duae partes factae sunt quia inter
utrasque ab oceano mare magnum ingredi-
tur quod eas intersecat. quapropter si
induas partes orientis & occidentis orbem
diuisas. asia erit in una. in altera uero euro-
pa & affrica. Istae tres partes totum huma-
num genus cum insulis quae his adiacent
continent. Et bene tribus partibus distinc-
tus est orbis. qui sciam trinitatis fide im-
buendus erit. & euangelico documento
instruendus. unde legitur in parabola

6.
Sed uxor is quod mulier acceptū fermentū
abscondit in farina satis tribus. donec fer-
mentaretur totum. id est scā ecclesia huma-
no generi quod ex tribus filis noe semina-
tum in mundo fuit. fermentū euangelice
doctrinae in cordibus fidelium abscondit
donec natuū sūporē totū. per feccam fidē.
& scientiam spiritale conuerteret & in cultū
& seruitium dī. **DE PARADISO**

111

Paradisus est locus in orientis partibus con-
stitutus cuius uocabulū ex greco in latinū
ueritūtur ortus. porro ebraice eden dicitur.
quod in nram linguā deliciae interpretantur
quod utriūq; iunctū facit ortū deliciarū.
Est enī omni genere ligni & pomiferarum
arborū constitus. habens & iam & lignum
uitae. non ibi frigus. non aestas. sed perpetua
aeris temperies. e cuius medio fons spur-
pens totum nemus irrigat. diuiditur que
in quattuor nascentia flumina. cuius loci
post peccatū hominis aditus interclusus est.
Septus est enī undiq; romphea flamma
id est muro igneo accinctus. ita ut eius scū
caelo pene iungat incendium. Cerubin
quoq; id est angelorum presidium. ar-
cendis spiritibus malis. super romphea fla-
gratia ordinatum est. ut homines flam-
mae. angelos uero malos. angeli submoue-
ant. nec ui carni uel spiritui transgressi-
onis aditus paradisi pateat. Paradisus

id est hortus deliciarum. mystice aut eccle-
siam presentem significat. aut terram
iuuentū. ubi illi qui merentur per fidem
rectam & bona opera uicari sunt imper-
petuum. De quo dñs ad latronem in cruce
confitentem ait. Amen dico tibi. hodie
mecum eris in paradiso. Aliter aut para-
disus ut diximus significat scām eccle-
siam. de qua in genesi scriptum est. plan-
tauerat dñs dñs paradysum uoluptatis
a principio. Paradysus ecclesia est. sicut
de illa legitur in canticis canticorum.
Ortus conclusus soror mea sponsa. A prin-
cipio aut plantatur paradysus. quia eccle-
sia catholica a xpo qui est principium
omniū. condita esse cognoscitur. Fluuus
de paradiso exiens. imaginē portat xpi de pat-
ris fonte fluentis. qui irrigat ecclesiam suā uer-
bo predicationis & donā baptismi. De quo bene
per prophetam dicit dñs dñs. fluuus glo-
riosus exiens in terrā sitientē. quod quatuor
or flumib; de paradiso egredientib; terra
rigatur. solidū mentis nr̄e. edificū. pruden-
tia. temperantia. fortitudo. iustitia. continen-
tia. quibus quattuor uirtutibus. tota bono ope-
ris structura consurgit. Quattuor ergo para-
disi flumina terrā irrigant. quia dum in his
quattuor uirtutibus. cor infundit. ab omni de-
sideriorū carnaliū. estu temperatur. hē alle-
gorice. quattuor paradisi flumina. qua

tuos sunt euangelia ad predicationem in
 cunctis gentibus missa. Ligna fructifera omnes
 sancti sunt. fructus eorum opera eorum. Lignum
 uitae sancti sanctorum utique christus. ad quem quisque si por-
 taverit manum vivam in aeternum. Lignum autem sci-
 entiae boni & mali proprium est voluntatis
 arbitrium quod in medio nostri est positum
 ad discernendum bonum vel malum. De quo qui

India uocata ab indo **DE REGIONIBUS**
 flumine quo ex parte occidentali clauditur
 haec a meridiano mari porrecta usque ad or-
 tum solis & septentrionem usque ad montem caucasum
 peruenit. habens gentes multas & oppida
 insulam quoque taplane gemmas & elefantis
 refertam. crista & argenteo auro argentoque secun-
 das. utile quoque arboribus foliis numquam
 carentem habet & fluuios gangem & midan &
 ipanen illustrantes indos. terra india faboni
 spiritu saluberrima in anno bis metit fruges.
 uice hiemis & estias patitur. gignit autem tincti co-
 loribus homines. elefantos ingentes monoceron
 bestiam. psitacum auem. Ebanum quoque lignum
 & cinnamum & piper calamum aromaticum mit-
 tit & ebur. Lapidem quoque pretiosum. berillos.
 crisoprasos & adamantem. carbunculos ligni-
 tos margaritas & uniones. quibus nobilium femi-
 narum ardor & ambitio. ibi sunt & montes au-
 rei. quos adire propter dracones & gripas
 & inmensorum hominum monstra impos-

sibile est. Parthia ab indis finibus usque ad me-
 sopotamiam generaliter nominatur. prop-
 ter inuictam enim uirtutem parthorum & asiria &
 reliquae proxime regiones eius nomen traxerunt.
 Sunt enim in ea aracusia. parthia. asiria. me-
 dia & persida quae regiones inuicem sibi con-
 iunctae. in partem ab indo flumine sumunt. ti-
 gri clauduntur locis montuosis & asperioribus.
 sitae habentes fluuios idaspem & arben. Sunt
 enim inter se finibus suis discretae. nomina
 a propriis auctoribus trahentes. India enim
 quae in orientali parte mundi consistit
 & solis ortum prima suscipit. primitiua
 potest designare ecclesiam in gente iudea
 constitutam. quae aduentum solis iustitiae
 prima aspexit & lumen uerum huic orbi exor-
 tum per doctores suos in toto orbe predica-
 uit. ipsa & uerum aurum sapientiae. & argentum
 eloquentiae. gemmasque omnium uirtutum suf-
 ficienter habuit. arboresque semper uirentes. hoc
 est homines rectae fidei uiriditate pollentes
 non paucos habuit. Sed tamen bestiarum
 multitudine omnino non caruit. quia per-
 secutores christianitatis nominis plures inue-
 nit. & hereticorum uenenosa documenta
 exoriri praesensit. sed omnia figmenta di-
 aboli christi uirtute superauit. Assur inter-
 pretatur deprimens id est diabolus humanum
 genus deprimens ut in psalmo. & enim inquit
 assur simul uenit cum illis. Item assur diabolum

D.

uel potestates huius sc̄li significat. ut est il
 lud es̄. ue. Ue assur uirga furoris mei. Item
 ibi. noli timere popule meus habitator sion
 ab assur. In uirga enim percuti & te. & baculū
 suū leuabit super te in uia egypti. Rursū
 assur. anta cristū significat. ut est illud mi
 chee p̄phetæ. tunc erit pax terre nr̄ae cum
 surrexerint in ea pastores septem. & octo
 primates hominum. id est praedicatores
 legis & euangelii. & indagabunt assur. hoc
 est antichristum in fossa nembrot. hoc est in
 damnatione diaboli. Assiria uocata ab assur
 filio sem. qui eam regionē post diluuiū primū
 incoluit. hae ab ortu india. a meridie mediam
 tangit. ab occiduo tigrim. a septentrione
 montem caucasum. ubi portæ caspie sunt.
 In hac regione primus usus in uentus est pur
 pure. unde primum crinium & corporum
 unguenta uenerunt. & odores quibus romano
 rum atque grecorum effluxit luxuria.
 Assiria quae ab assur qui inter p̄ ut quidā uo
 lunt dirigens uel gradientis denominata est. quae
 & iam primū principatū p̄ insolentia in mun
 do arripuit. significat fastum imperii mun
 dam. De quo & iā in genesi scriptum est. de ter
 ra illa exiit assur & aedificauit nineuen. & roboth
 ciuitatem. de hac terra assiriorū pululauit
 imperium. qui ex nomine nini. belii filii ninū
 condidit urbem magnā quā ebrei appel
 lant nineuen. ad cuius uel ruinā t̄ poenitentia

tota ionae p̄tin & p̄phetia. Assiriu interpretant
 deprimentes. id est impii uel demones ut est illud
 hieremiae. quid tibi cum uia assiriorum. ut bi
 bas aquam fluminis. Et in bohanz partem intel
 leguntur assiriu ut dicit es̄. erit israhel ter
 tius aeḡptio. & assirio benedictio in medio
 terrae. Cedar ebreum nomen est. quod nostra
 lingua interpretatur tenebrae. Hoc ad sc̄li hu
 ius p̄tin & amatores. qui tenebrosis actibus in
 uolunt. illa magis diligunt. unde perire
 noscuntur. Sed ut uerbi huius breuiter nos
 camus originem. cedar israhel filius fut.
 qui genti suae nomen dedit. cuius fines usque
 ad medos persasq. plati sunt. hi nunc sarace
 ni appellantur. Quo uocabulo competenter
 significantur peccatores. inter quos se adhuc
 habitare suspirat. Media & persida. a regib.
 medio & perside cognominatae. qui eas p̄uin
 cias bellando aggressi sunt. ex quib. media
 ab occasu transuersa parthia regna amplec
 titur. A septentrione armenia circumdatur.
 ab ortu caspios uid & a meridie persida. hu
 ius terra medicā arborem gignit. quam alia
 regio minime parit. Sunt autem medic
 duae. maior & minor. Persida tendens ab or
 tu usque ad indos. ab occasu rubrum mare
 habet. ab aquilone uero meridiem tangit.
 ab austro carmaniam. quae perside annecti
 tur. quibus est susā oppidum nobilissimū.
 In perside primum orta est ars magica. ad qua

nebrod giga s post confusionē linguarum
abire ibiq per sas ignem colere docuit. Nam
om̄s in illis partibus solem colunt qui pro
lingua el dicit Persi & medi qui regnū post
Assirios tenuerunt significant gentiū prin
cipatū qui aliquando solutus fouent popu
lū dī. Unde legit in historis ueteris qd cirus
rex persarum atq medorum qui in esue
uaticinio p̄dictus fuerat soluerit captiui
tate iudaei & templū dī construi iuber & ob
hoc & iā seruus dī nuncupatus est ob qd & iā
auxiliū dñi illi p̄missū est ut subiciat corā
cogentes & dorsa regū uertat & merito. nam
medi & persi mensurantes siue mensurati in
terpretantur. Mensura ergo quamensi sunt
remeti ebatur eis. Mesopotamia grecam ae
thimologiam possidet quod duob. filiis ambi
atur. Nam ab oriente tigrin habet ab occiduo
eufraten. Incipit autē a septentrione inter mon
tem taurum & caucisum. cui ameridie se
quitur babilonia deinde caldea nouissime
arabia eddemon. Mesopotamia quae inter
pretatur eleuata unde iacob duxit uxore
significat gentilitatem unde xp̄s exquisiuit
sibi ecclesiā sponsā non habentē maculā aut
rugā. Nā sicut iacob relicta domo patriā ut
parentibus perrexit in regionem longinquā
ut acciperet sibi uxorem. non aliter xp̄s reli
quit parentes secundum carnem id est popu
lum israheliticū & patriā id est hierosolimā

9.
& om̄s regiones iudee & abuit ingentes. accepti
que sibi inde ecclesiā ut impleretur quod
dictum est. uocabo non plebē meā plebē meā
& non dilectā dilectā Babiloniae regionis
caput babilon urbs est. a quo nuncupata tā
nobilis ut caldea & assiria & mesopotamia
in eius nomen aliquando transierint. hanc
urbem primū nebroth giga fundauit. hanc
semitamis regina assiriorū amplauit. mu
rumque urbis bitamine & cocto latere fe
cit. uocabulum autem sumpsit a confusio
ne eo quod ibi confusione atq; permixtae s̄
linguae aedificatum turrim. Babilonia
quae interpretatur confusio & in qua prin
cipatus caldeorum qui int̄pretantur quasi de
monia ut quasi feroces. significat ciuitate dia
boli in qua sempiterna confusio est & ubi de
moniorum ferocitas in subuersione hominū
apparet in quo regnauit nabuchodonosor
qui interpretatur p̄phetia laguncula angus
te & significat diabolu. ipse enī uastauit ci
uitate dī & templū incendit. quia sc̄m eccle
siam insectat odus & homines qui tēplū dī fu
erunt. incendio mundanę concupiscentia
subuertere cupit. Nam ita de eo legitur.
Uenit nabuzardan princeps exercitus ser
uus regis babilonis hierusalē. & succendit
domū dñi. & domum regis & domos hieru
salem. omnemq; domū combussit igni & mu
ros hierusalē in circuitu destruxit. Omnis exer

fluuit

citas chaldeorum quereat cum principe mi-
 litum. reliquā autē populi partem quae re-
 manserat in ciuitate. & profugas qui tran-
 serant ad regē babilonis & reliquū uul-
 gus. transfudit nabuzardan princeps mi-
 litae & reliq. Venit nabuzardan qui inter-
 pretat uentilabrū siue prophetia alieni iu-
 dicii & significat. uti christū iustodi iudicio
 super peccatores. Princeps utique exercitū
 regis babilonis hierusalem intellegibilem.
 & succendit domū dñi. cum antiquis hostis
 qui & rex confusionis. & princeps omnium
 iniquorum est. tam malignorum spiri-
 tuum quā & iam impiorum hominū plebē
 inuadit fidelium. & domū regis & domos hieru-
 susalem. id est rectores et eos qui uideban-
 tur in uisione pacis manere in flammatores
 cupiditate subuertit. omnemq. domum
 combussit igne cum unius cuiusq. consen-
 sentiam per flammam inliciti amoris per-
 turbauit. et muros hierusalem in circuitu
 destruxit. cum intentionem orationis et
 uirtutum stulticia quae contra se ualere
 nouit inde sperantibus dissoluta. ne per
 spem uentiae. ad diuina succurrant. uixi-
 lii. et correctionis uitae adprehendant
 munimina. populūq. in captiuitatem
 ducent. de pauperibus terro. reliquit ui-
 uiores & agricolas. quia eos qui utiles uer-
 bo & exemplo esse poterant. per uita capti

uans. stultis & ebriabus commendat agricul-
 turam. quatinus non uinum gratiae spiri-
 talis & frumentum sane doctrine inuine-
 is. & agris populorum fructuosi & sed spi-
 ne magis & tribuli uittiorum exerescant
 Babilon quoq. mundus. aut roma est. ut in
 apocalypsi legitur. & babilon magna uenit
 in memoriam. ante dñm dare calicem uini
 indignationis. nae eius. et in esau. et erit ba-
 bilon illa gloriosa in regnis. in clita in su-
 perbia chaldeorum sicut subuertit de-
 sodomam et gomorrham non habitabitur
 usque in finem. et in hieremias calix aureus
 babilon in manu dñi. in ebrians omnem ter-
 ram. subito occidit. babilon et contrita est.
 Arabi appellata. idē sacra. hoc enim signi-
 ficare interpretatur. eo quod sit regio turri-
 fera odores creans. Hinc enim greci eudem non-
 mi beatam. nominauerunt. in cuius salibus
 et myrra et cinnamum peruenit. ibi nascit-
 auris ferax. sardonyx. gemma. eduris. molo-
 cides et pedorata. ibi inueniuntur. ipsa est.
 et salu appellata. a filio chus. qui nuncupat-
 est salu. haec autem. angusto terrae tractu
 ad orientem uersis ad persicum sinum
 extenditur. cuius a septentrionali ad ualde
 claudit occasum. sinus arabicus. Arabi
 quae interpretatur humilis siue cumpes-
 tris terrenum significat delectationem
 Unde scriptum est. in psalmo. reges

arabum et saba dona adducere Arabia po-
nitur pro hominibus suam et terrena se de-
lectatione tractantibus. Nam sicut illa patria
diuersis aromatis sensum natium mul-
cet. Ita isti ad delectationes mollissimas
in lecebris secularibus mutantur. Reges
vero arabiae sunt. qui blandimenta cor-
porum rigidae subiciunt disciplinae.
Similiter saba unde saba dicta sunt. quam
uis corporali delectatione preualeat. &
iocundis odoribus sit referta. suauiora ta-
men conuersi eius populi offerunt dona
uirtutum. Siriam sirus quidam per hibe-
tur indigena suo uocabulo nuncupasse.
Haec ab oriente fluuius euasit. ab occasu
in mari nro et aegypto terminatur. habens
a septentrione armoenam et capodociam.
A meridie sinum arabicum. situs eius porrec-
tus in inmensam longitudinem. In lato an-
gustior. Siria enim significat superbiam.
genium. quae sepius affligebat populum
di. unde scriptum est. quod benedab rex
sirie congregauit omnem exercitum suum
et xx et duo reges secum et equos et currus et
ascendens pugnavit contra sumanum et ob-
sidebat eum et reliqua. Mirifice benedab hostis
isrl. significat diabolum omnium bonorum inimi-
cum qui diuersos exercitus malignorum
spirituum ad subvertendum populum di con-
trahit. sed per pueros principum isrl un-

titur. cum per bonos audientes sanctorum doc-
torum. qui id quod aure audiunt. factis im-
plere nituntur. antiquus hostis. in fugam uer-
titur. omnisque suus exercitus. uincitibus xpi
turbatur. fugit quoque benedab rex siriae
in aequo cum equitibus. nec non egressus rex
isrl. percussit equos et currus. et percussit
siriam plaga magna. quid est quod bena-
dab rex siriae in aequo cum equitibus fuge-
re describitur. nisi quod princeps omnium
iniquorum diabolus quorum oculi subli-
mis sunt. Siria enim interpretatur sublimis
in aequo suae superbiae. confidens. cum equi-
tibus suis scilicet omnibus superbis. quia
ipse est caput super omnes filios superbiae
ab exercitu xpi. hoc est humilibus et dimi-
nentibus superatus in fugam uertitur. Ha-
bet autem siria in se prouincias commage-
nam feniciam et palestynam. cuius pars est
iudea. absque satacenis et nabathis. Com-
mageni prima prouincia siriae. uocabulo
commage urbe nuncupata. quae quondam
ibi metropolis habebatur. Huius est a septen-
trione ab ortu mesopotamiae. a meridie
sirie. ab occasu mare magnum. Tunc eadem
fuit de thebis aegyptiorum in siriam profectus. apud
sidonem regnauit. eumque prouinciam ex suo nomi-
ne feniciam appellauit. ipsa est ubi est titrus. ad
quam etiam loquitur. habet autem ab oriente
arabiam. a meridie mare rubrum. a se-

prouincia philistin urbem metropolim habuit
 quae nunc dicitur ascalon ex qua ciuitate omnis
 circa eam regio: palestina ē nuncupata huius ab
 oriente mare rubrū occurrit. meridiano latere
 iudaea excipitur. a septentrionali plaga titiorū
 sinitibus clauditur. ab occidente aegyptio limite ter
 minatur. iudaea regio palestinae ex nomine iudae
 appellata. ex cuius tribu reges habuit. huc pri
 us chanaan dicta. a filio chum siue a dōe chanaan
 orum gentibus. quibus expulsis eandē terrā iudei
 possiderunt. in tū longitudinis eius. a uico arfa
 usq. ad uicū iuliadē porrigitur. in quo iudeorū
 pariter ac titiorū cōmuni habitatio est. Latitudo
 autē eius. a monte libani usq. ad taberachis lacū exten
 ditur. In medio autē iudae ciuitas hierosolima
 est. quasi umbilicus regionis. totius terrae uari
 arum opum diues. frugibus fertilis. aquis in
 lustris. opima balsamis. unde secundū elemen
 torum gratiā existimauerunt iudaei eam pro
 missam patribus terrā fluentē lacte & melle
 cum hic illis dī resurrectionis praerogatiuam
 polliceretur. iudei amfessores inter pretantur.
 et iudaea interpretatur confessio. mystice scām
 aelestū signif. In qua dñs recta fide pia confer
 sione et bonis operibus semper laudatur. cuius
 etiā tipum hierosolimam quae interpretatur uisio
 pacis tenet. quia ille inde conspicitur. quia ē
 pax nra et facte utraq. unū. sed et hoc notandum
 quod et hierosolimē secundum historū ipsa ē urbs
 in qua dñs crucifixus est et sepultus et resurrex

amor tuus ad quam saluator in euangelio
 ait. Hierosolimē hierosolimē quae occidis pphe
 tas & lapidas eos qui ad te missi sunt & cetera
 ipsā gentē exprimens quae in hierosolim & in con
 finibus eius habitabat. Allegorice autē significat
 p̄sentē aēcliam. de qua scriptum est. hierosolim
 quae aedificatur ut ciuitas. Tropologicē uō
 fidelem animā quae pura mente dñm contem
 platur. Iuxta anagogen ergo. celestem patri
 am & scōrum angelorum ^{hī} habitatiōnē
 in celis. de qua dicit apostolus. hierosolim
 quae sursum est quae est mater nostra. De
 qua iohannes apostolus in apocalipsi sua suffi
 cienter narrat & structurā eius de lapidibus
 pretiosis. hoc est hominibus scīs mystice descri
 bit. Samaria regio palestinae ab oppido quo
 dam nomen accepit. quae uocabatur samaria
 ciuitas quondā regalis in isrl̄ quae nunc ab au
 gusti nomine sabastia nuncupat. haec regio
 inter iudaeā & galileam media iacet & incipiens
 a uico cui nomen est deas deficiens in terra aca
 bat. situs eius natura consimili. nec ullo dif
 ferens. a iudaea. Samaria enim custodia inter
 pretatur. inde nuncupata quod translatis
 decem tribubus achaldaeis. aliae gentes
 ab eis in ea substitute sunt. quae terram eis
 todirent. Solet autem samaria idolatriae
 imaginem sustinere. ipsi enim separati apo
 pulo iudaeorum simulacris multorum ani
 malium id est uaccis autem ammarum suarū

deus addecerant. possunt etiam insana
 nis et heretici accipi qui uidentur legis
 habere noticiam. sed errorum suorum simu
 lacta non cessant colere. et ideo separati apo
 pulo di. nullam possunt communionem
 habere. In iudea et draconidis regio cuius te
 trarcha fuit philippus sicut in euangelio
 legimus. dracontis autem dr terra iuxta
 desertum arabiae. quod postea iungitur.
 In iudea situm est et inter pretatur montana.
 Galilea regio palestinae uocata quod gignat can
 didiores homines quam palestina. haec autem du
 plex est. superior et inferior sibi tamen con
 nexae. sitae et feracis adherentes. terra coru
 opima et ferax et fructibus satis secunda. In
 ter pretatur autem galilea rota siue transmigratione
 facta uel reuelatio. quae aliquando signif
 icat praesentis uitae cursum ut in euangelio
 ubi de siluatore dicitur. reliquit iudeam
 et iterum uenit in galileam. quid est reliquit
 iudeam nisi reliquit infidelitatem illorum qui
 eum recipere noluerunt. et lapidem quem aedi
 fica. re debuerunt reprobauerunt. et abie
 per apostolos in galileam. id est in uolubilita
 tem huius mundi praecipiens apostolis. ite
 docete omnes gentes baptizantes eos in no
 mine patris et filii et spiritus sancti. quid autem ga
 lilea intransmigratione significet. ostendit
 illud quod angelus ad monumentum domini post
 resurrectionem eius mulieribus ait. praecedet

uos in galileam ibi eum uidebitis ecce dixi uobis.
 Nam quippe redemptor noster. a passione ad resur
 rectionem. a morte ad uitam. a poena ad glori
 am. a corruptione ad incorruptionem trans
 migrauerat. & prius post resurrectionem in gali
 lea ad discipulis uidetur. quia resurrectionis eius
 gloriam post lucem uidebimus. si modo a uitae
 ad uitatum celsitudinem transmigrauerit
 qui ergo nuntiatur in sepulchro intransmigra
 tione ostenditur quia is qui in mortificatione
 carnis agnoscitur intransmigratione in uita uidetur.
 Secundum illud autem quod galilea interpretatur reue
 latio. non iam in forma serui intellegendum
 est. sed in illa in qua aequalis est patri quia pro
 misit apud iohanne dilectoribus suis cum diceret.
 & ego diligam eum. & ostendam me ipsum illi.
 Non utique secundum id quod iam uidebant. & quod
 & iam resurgens cum discipulis non solum
 uidendum sed & iam tangendum post modum
 ostendit. sed secundum illam ineffabilem lu
 cem qua illuminat omnem hominem ueni
 entem in hunc mundum. secundum quam lucet
 in tenebris. & tenebrae eam non comprehen
 derunt. illuc nos praecessit. unde ad nos ueni
 ens non recessit. & quoniam praecedens non de
 seruit. illa erit reuelatio tamquam uera gali
 lea cum similes erimus. ibi eum uidebimus sicuti est ip
 sa. et & uidebimus transmigratione existo seculo in
 illa aeternitate si ei precepta sic amplectamur
 ut ad eius dexteram segregari mereamur.



Pentapolis regio in confinio arabiae et palestinae
 sita dicta a quinque ciuitatibus impiorum quae
 caelesti igne consumptae sunt. terra amplius
 ab hierosolymis olim uberrima. nunc autem
 deserta atque exusta. nam pro scelere incolarum
 de caelo descendit ignis qui regionem illam in
 cineres aeternos dissoluit. cuius umbra
 quedam et species in saulis et arboribus ip-
 sis etiam adhuc uidetur. nascuntur ibi poma
 uentura. substantia specie maturitatis ut e-
 dendi desiderium gignant. si carnis fatiscunt
 ac resoluuntur in cinerem fumumque exulant
 quasi adhuc ardeant. Nam pentapolis ami-
 nero diuinitum nomen habet. quasi quinque
 ciuitatum regio. Denique haec v. ciuitates in ea
 consiatae sunt. hoc est sodomia quae interpre-
 tatur pecus silens. Gomorra quae interpre-
 tatur populi timor uel seditio. Adama quae
 interpretatur humus siue terra. siue terre-
 na. Seboim quae interpretatur capreasum
 uel dumularum siue stacio eius mare uel
 stacio maris. Segor quae interpretatur par-
 ua. haec autem regio quia diuino iudicio propter
 scelera sua exusta est. significat eos qui quin-
 que sensibus corporis sui abutuntur in luxuria
 et uoluptatum terrenarum rerum rei sunt eterni
 incendii. si non eis poenitentia et correctio
 puerorum ante subuenerit. Aegyptus qui
 prius aetna dicebatur. ab aegypto darui fratre
 postea ibi regnante nomen accepit. haec ab ori-

ente sariae ac rubro mari coniuincta ab occi-
 dentali libiam habet. a septentrione mare magnum.
 A meridie uero in orientem recedit pertendens
 usque ad aethiopiae regio caeli imbribus. et
 sueta. et pluuiarum ignata. nilus solus eum
 circumfluens irrigat. et inundatione sua
 fecundat. unde et ferax frugibus multam
 partem terrarum frumento alit. ceterorum quo-
 que negotiorum adeo copiosa ut impleat
 necessarios mercibus etiam orbem terrarum. In-
 terpretatur autem aegyptus tribulatio coan-
 gustans et significat uam laborum quem mi-
 qui exercent in hoc mundo estuantes. pau-
 riciam lucta seculi sectando et negotia mundi
 exercendo. ubi nunquam animabus suis requiem
 inueniunt. sed de tribulatione huius uitae
 in angustiam perueniunt sempiternam. Potest
 autem aegyptus mundum significare ad deum con-
 uersum. ut in psalmo. ueniunt legati ex aegyp-
 to. et in ethiopia. in die illa erit altare domini in
 medio terrae aegypti clamabunt enim ad
 deum a facie tribulantis et mittet eis salua-
 torem et pro pugnatorum qui liberet eos.
 Item in mala parte intellegitur ut est illud
 ezechiel. cum dederit terram aegypti deso-
 litam. Deseretur autem terra a plenitudine
 sua quando percussero omnes habitatores eius.
 Item amos dicit. aegyptus in desolatione erit
 et idumea in desertum perditionis. Serthasie
 & gotia amagog. filio iseth. fertur cog-

nominata. cuius terra olim ingens fuit.
 Nam ab oriente indiae. A septentrione per pa-
 ludes meotides inter danabium et oceanum
 usque germaniae fines porrigebatur. postea
 uero minor effecta ad extra orientis parte
 qua oceanus sircus tenditur usque ad mare
 caspium quod est ad occasum. De hinc ame-
 riciae usque ad caucasi iugum deducta est.
 cui subiacet scythia ab occasu habens pariter
 multas gentes propter terrarum infecundi-
 tatem late uigantes. ex quibus quaedam a-
 gros incolunt. quaecla portentuosae ac tru-
 ces caribus humanis et eorum sanguine
 uiuunt. Scythiae plures terrae sunt loci
 plures habitabiles tamen plures nam dum
 implerisq. locis auro et gemmis afflaunt.
 griforum immanitate accessus hominum
 rarus est. Zmaragdus autem optimis hec
 patria est. Cuius quoque lapis et cristal-
 lus purissimus scythiae est. habet et flumi-
 na magna oscorum fischeri atque araxen. Sci-
 thia enim quae calore caret et frigore semp-
 durset. illos significare potest quia celo
 re sps sci extranei sunt. et sub illius regno
 consistunt. qui dixit. ponam thronum me-
 um ad aquilonem et ero similis altissimo.
 De quibus apostolus ait. abundantius iniqui-
 tas refrigerat ciuitas multorum. quorum
 truculentia caribus humanis uescitur.
 eorum sanguine uiuit dum innocentes

ledere non desistant. et per auaritiam eorum
 necessarios sumptus in proprium questum
 conuertunt. illi autem qui ex his inlo cuple-
 te terra et habitabili degent. eos significant
 qui de errore gentium et idolatria conuer-
 si ad terram aeclesiae ueniunt. ibique sine
 ta fide lucidi et preciosarum uirtutum gem-
 mis semper uiuentes caelesti conuersatione
 futurae patrie uiuunt. quorum iuxta apos-
 tolum. conuersatio hinc est. et in carne
 ambulantes non secundum carnem militant
 sed ea quae sursum sunt querunt. ubi xps est
 in dextera di sedens. et quae sursum sunt
 sapiunt non quae super terram. Armenia
 nuncupata ab armeno iasonis rex sali comi-
 te quia missio rege iason et collecta multi-
 tudine eius quae passim uigabat. ar-
 meniam coepit. et ex suo nomine nuncu-
 pauit. sita est autem inter taurum et cau-
 casum ac ipodocia usque ad caspium ma-
 re protensa. habens a septentrione cetau-
 mos montes. quibus trigis fluminis nar-
 citus et inuenus montibus archa diluuii
 sedisse perhibetur. hinc praeterea autem
 ararat. armenia siue mons uellicatus.
 Ararat ipsa est armenia siquidem in
 montibus ararath archa post diluuium
 sedisse perhibetur. et dicuntur ibidem
 usque hodie eius manere uestigia. Me-
 munt horum montium et hieremias

16.

Inuisione contra babilonem. Iosephus quoque in primo antiquitatum iudaeorum libro secularium litterarum historias profert. Annad uertens inquit noe tertiam diluuiio liberatam septem alios dies abire permisit. et uniuersa animalia bestiasque paternibus claustris emittens. ipse cum sua prole egressus est. immolans deo hostias. gaudensque cum liberis hunc locum armenij exitum uel egressum uocant. siquidem ibi cultores illarum regionum archum primum sechisse testantur. et lignorum quaedam super esse monimenta. arcae huius et diluuii. omnes qui barbaras scripserunt historias recordantur. quorum est uerosus chaldeus qui super diluuiio referens haec locatus est. Dicitur huius nauis in armenia propter montem cald uerorum pars aliqua permanere. et quosdam bitumen coeca euellentem circumferre quo utuntur uel maxime hi qui lustrantur. et se expiant. Sed et hieronimus aegyptius qui antiquitates poem cum pulchro sermone conscripsit. & nascas et multi alii. nicolaus quoque damascenus in xcvii libro refert. est in armenia super minadem montem nomine. ad quem multos in diluuiio confugisse autumant. ibique esse saluos. alios uero in arce aluco super natantes. ad eius uerticem peruensisse. et usque ad multas aetates ligna arce monstrari solita. quos quidem ego puto non esse alios. nisi eos quos moyses legiserit u-

deorum insunt uoluminibus edidit. Mystice autem arath siue armenia mundi istius principatum uel populum gentium significare potest qui bene mons uellicatus dicitur quia ab altitudine superbiae et idolatriae errore uulsus se se subdidit se ecclesiae quae est arca diuini et omnium animalium hoc est hominum continet in se genera. et in altitudine uirtutum consistens deuotionem futuram expectat in regno caelesti. Capadocia urbs proprie nominatur. haec incipit siriae sita ab oriente armeniam tangit. ab occasu asiam minorem. ab aquilone mare aegyptium et hemisterios campos quos habuere amazones. meridie taurum montem. cui subiacet alicia et hirsutia usque ad alicum sinum qui spectat contra insulam cyprum. terra eius ante alias nutrix equorum aliam per eam fluit qui quoddam ludae regna disiungit. aperit. Capadocia autem inter praecipua manu redempta. haec quoque triplice significare potest seum ecclesiam. qui xpi dñi nri operatione a potestate diaboli redempta est. Asia minor ab oriente capadociae cingitur ab aliis partibus undique mari circum datur. Nam a septentrione pontum eusinum habet. ab occasu pro pontidem. meridie aegyptium mare. habet prouincias. bithiniam. frigiam. galatiam. lichiam. carum. pamphiliam. isauriam. lyciam. habet autem haec in se septem ciuitates istas

hoc est ephesum smirnam pergamum thiatira
 sardis philadelphiam laodiceam inter pretatur
 autem asia elevata siue gradient aeclesiam signi
 ficant ad superna uirtutum gradibus proficien
 tem unde iohannes in apocalipsi praenominatis
 septem scribit aeclesis quae sunt massa. Nam ef
 fesus inter pretatur uoluntas siue consilium me
 um quod est ecclesia uoluntate et consilio di elec
 ta. Smirna inter pretatur caritatem eorum hoc
 est fidelium confessio. Pergamus inter pretatur
 diuidens cornua eorum id est ecclesia heretico
 rum tumores uel aeriaturum potestatum temp
 tamenta dissicans. Thiatira inter pretatur in
 luminata aeclesia uidelicet sole iustitiae in lumi
 nata. Sardis inter pretatur principium pulchri
 tudinis hoc est ecclesia dñi nri ihu xpi qui est
 principium pulchritudinis. Philadelphia in
 ter pretatur saluans id est ecclesia proprios saluum
 populos. Laodicea quae inter pretatur tribus a
 mabilis significat aeclesiam quae est amabilis
 dō. Galatia dicta a prius gallosum gentibus
 a quibus exstitit occupata. Nam galli in audi
 lum a rege bithyniae euocati regnum cōpac
 ta uictoria diuiserunt sicque deinde graecis
 admixti primum gallo graeci. Nunc ex antiquo
 gallosum nomine galathae dicuntur. eorum
 regio galatia nuncupatur. Interpretatur
 autem galatia magnifica siue translata
 et merito quia ab eorum trans lita infida
 uirtute facta est magnifica. Frigia dicta

a frigia europis filia haec et dardania ad iud. mo
 ious filia dicta, de quo homerus ait quem pri
 mus genuit caelesti iuppiter aere; hic enim pro
 fectus decorinthe ciuitate primus uenit in
 frigiam; est autem regio troadi super iecta.
 ab aquilonis parte galatae. meridiana
 uicina est licaoniae. ab oriente lidiae adhe
 ret. ab occidente. ellesponto mari termina
 tur; huius regio troia est. quam ex suo nomi
 ne appellauit troi. troianorum rex. gam
 medis pater; Duae sunt autem frigiae maior
 et minor; maior frigia smirnam habet. mi
 nor uero ilium. et licaoniam; inter preta
 tur autem frigia scissio pectorum.
 licaonia uero inter pretatur ad suscitand
 dum; Lidia autem alido regis fratre. qui
 in prouincia remanserat. cognominata
 est; Coniungitur autem ab occidente
 minoris frigiae. ab ortu smirna urbem
 habet. quam elles fluminis cingit. cuius ca
 pos pactulus et ther mus circum fluunt.
 arems auris dicitur. lidia autem inter p
 tatur defecata. Isauria ex situ loci per
 hibetur cognominata. quod undique
 aperta aurarum flatibus patet. Metro
 polim urbem seleuciam habet. Cilicia
 acilice. quodam nomine traxit. quem
 ortum fenice dicunt. antiquiorem que
 ioue fuisse asserunt. plurima iacet cum
 pis. recipiens ab occiduo. liciam. meridie

mare siccum. at ergo montis tauri iugabane
 cignus inter secat. in aeternam urbium habet
 tharim. In ea. et coris. cos. oppidum est. unde
 crocum plurimum et optimum uenit. spi
 rasse flagrantior. et colore plus auro.
 Inter pretatur autem cilicia coetus aut
 luctus. uel assumptio. uel uomitus eius.
 Haec typice personam poenitentiam gerit.
 qui peccata sua cotidie in ieiunio et ora
 tione deplorant. et ad dno ueniam depre
 cantur. Licia nuncupata. quod ab orten
 te. adiuncta cilicis sit. Nam habet ab ortu
 ciliciam. ab occasu et meridie mare. a septen
 trione cariam. ibi est mons cimera. qui noe
 tur nibus estibus ignem exhalat. sicut in si
 cilia et hna. uel in campama. Interpretatur
 au licia lacrimans. Albus regio idumeorum
 quae nunc gebalene dicitur. uicina petre
 auita. Amalechites regio in deserto ad
 meridiem iudeae trans urbem petram
 auita. cuius et scriptura recor
 datur dicens. amalech habitat in terra
 ad austrum. sed et iuxta eum alius cha
 naneus habitabat. qui et dimicauit
 contra filios israhel in deserto. de qui
 bus ita scribitur. amalech autem
 et chananeus habitant in ualle. Argob
 regio regis basan. supra iordanem.
 in sorte dimidiae tribus manasse. et
 est usque hodie. uicus areageras.

Haec typice personam poenitentium gerit. qui peccato suo cotidie in ieiunio et
 oratione deplorant. et ad dno ueniam deprecantur.

urbem arabiae. xy. ab ea milibus distans.
 contra occidentem. qui arga appella
 tur. quod inter pretatur sim machus
 mensuram. Inter pretatur autem argob
 maledicta. sublimitas. et quae est male
 dicta sublimitas. nisi fastus superbiae
 quae inter pretatur anathema tristi
 tiae. Aer mon regio ebreorum est
 quam obtinuit israhel. ebreus uero quo
 prelegente scripturas didici. affirmat
 montem hermon panca de immane
 re. quam quondam tenuerunt eui et
 amorrei. de quo nunc aestiue mueri
 rum obdelicias deferuntur. Cene regio
 principum idumeorum inter pretatur
 possessio. Eui la ubi aurum purissi
 mum quod ebraice dicitur zaab. et ge
 me piosissime. carbunculus smaragdusq.
 nascuntur. eam regio ad orientem uergens.
 qua circuit de paradiso phison egredi
 ens. quae nri mutato nomine gangen
 uocant. sed et uisus de minoribus noe
 euila ductus est. quae iosephus refert.
 cum fratribus suis a flumine coesne. et re
 gione indie usque ad eum locum qui
 appellatur heira possedisse. sed et is
 macl insolitudine euila habitasse scri
 bitur. quam scilicet scriptura ait esse in de
 serto sur. contra faciem aegypti. et ten
 dere usque ad terram assirorum.

Interpretatur autem ciuitas dolens siue partu-
 riens. Isthatha regio bechlem ciuitatis dauid
 in qua natus est xps. Est autem in tribu iu-
 da licet plerique male estimant in tribu
 beniamin iuxta uiam ubi sepulta est Rachel
 quinto miliario ab hierusalem in eo loco qui
 ab eo uocatur hippodromus sicut legimus
 in libro paralippemenon. Interpretatur
 autem esratha ubertas siue puluerulenta.
 Elath regio principum edom et ciuitas esau
 in decimo a petra miliario contra orientem.
 Interpretatur enim elath ad solut solitarus
 aut unum. Philistim quae nunc dicitur ascalon
 & circa ea regio est palestinae. Philistim enim in-
 terpretatur ruina duplex. Cetera ex cuius nomi-
 ne gergene uocatur regio trans iordanem
 a beletropoli milibus xxv. ad meri-
 diem. Erat autem olim terminus charianeo-
 rum ad australem partem et ciuitas metro-
 polis palestinae. Scriptura commemorat fuis-
 se eam inter cades et sur. hoc est inter duas
 solitudines quarum una aegypto iungitur.
 ad quam populus transfretum rubri maris p-
 uenit. altera uero cades usque ad sarraceno-
 rum extenditur. Interpretatur autem
 gergene ruminacionem uidit siue macheri-
 as. Gessem regio aegypti in qua habitauit
 iacob cum liberis suis. Gessem inter pre-
 tatur ad propinquans ad palpationem eo-
 rum siue uicinitas. Idumea regio

esau quae ex eo quod ille edom uocabatur
 nomen accepit. est autem circa urbem petra
 quae nunc dicitur gebalene. Iotheth regio
 principum edom in eadem de qua & supra doc-
 mus gebalene. Messe regio indiae in
 qua habitauerunt filii iectan filii eber.
 messe quippe interpretatur aqua rara et elatio.
 Theman regio principum edom in terra geba-
 letica. atheman filio elifaz filii esau sortita
 uocabulum. sed & usque hodie est uilla the-
 man nomine distans a urbe petra v. milibus
 ubi et romanorum militum praesidium sedit.
 De quo loco elifaz rex themanorum. unus quoque
 filiorum ismael appellabatur theman.
 Sciendum autem quod omnis australis regio
 ebraice theman dicitur. Interpretatur autem the-
 man auster uel africanus. Cedar de quo in eze-
 chiele principes cedar leguntur. sed & hie-
 remias et esaias in uisione arabiae huius uo-
 cabuli recordantur. Est autem regio in here-
 mo sarraceno-um a filio ismael cedar ita
 cognominata. Cedar autem interpretatur tene-
 brae et meror. Cotha regio assiriorum. co-
 tha interpretatur precipitium. Decapolis sicut
 in euangelio legimus. est regio decem urbu-
 m trans iordanem circa hippum et pellam &
 gadaram. Sathore regio aegypti iuxta hie-
 zechelem & hieremiam in qua profugi
 habitauerunt iudaei. Sathore uero inter-
 pretatur exploratio siue buccula lumi-

nisuel of turturis. Cellan sur regio allophilo-
 rum. porro gela interpretatur migra. ueltras
 migrata. Gesur regio alienigenarum infra.
 Nam gesur interpretatur iuxta lumen meum et
 applicante se lumine meo. Galilea dicitur regio.
 nam duae sunt galileae equibus una galilea
 gentium uocatur uicina finibus turorum.
 ubi & salomon xxv ciuitates donauit. Hirum
 regi turo in sorte tribus neptalum. Altera gali-
 lea dicitur circa tiberiadem & stagnum gene-
 sarech in tribu Zabulon. Interpretatur autem
 galilea uolubilis. aut transmigratione per-
 petrata uel rota. Gamela regio idumcorum
 pro qua aquila et simmachus interpretantur ual-
 lem salis. Macha regio regis gesur. Interpreta-
 tur autem macha mollitudo siue confractus.
 Masagam regio moabitaram ut scribit hierem-
 as. Masaga interpretatur requirentem siue
 reuertentem. Misor regio moab iuxta hiero-
 niam. Porro misor interpretatur directa siue
 campestris uel tribulatio. Mossach regio moa-
 bitaram sicut in hieremia legimus. posita est
 autem et supra mesia. Interpretatur autem
 mosach aquarum impetus siue ab eis tempora.
 Maon regio moabitaram iuxta hieremiam.
 maon interpretatur habitaculum. Mage-
 dan ad cuius fines matheus euangelista scri-
 bit dominum peruenisse. Sed et marcus eiusdem
 nominis recordatur. Nunc autem regio dicitur
 magedana circa getasan. Magedan enim

interpretatur pomorum eius iuxta caenacula eius.
 Nebeoth regio de qua scribit esaias. nam nebeoth
 interpretatur prophetans. Ofir est locus unde
 sicut in regnorum libris legimus aurum affere-
 batur salomon. fuit autem unus de posteris e-
 ber nomine ofir ex cuius stirpe uenientes aflu-
 uio cosene usque ad regionem indiae quae uo-
 catur hiena habitasse refert iosephus a quo pu-
 to et regionem uocabulum consecutam. Ofir
 autem interpretatur ignominia. Reblatha re-
 gio est babilonorum siue urbs quam nunc an-
 tiochiam uocant. Reblatha uero interpretatur
 multum ista siue multitudo. Saron cuius et esai-
 as meminit dicens. In palude sicut saron.
 enim aliquid rotundum compeditate ut co-
 lumna. Nam & quamuis quadratae aut
 latae construuntur. procul tamen ui-
 dentibus rotundae existimantur. Ideo
 quia omnis curuisq; aeris spatium anguli
 simulacrum per longum aeris spatium eua-
 nescit atq; consumitur & rotundum uidetur.
 In turris significatione ipse saluator in-
 tellegitur. ut in illud turris fortissimi
 nomen domini. Item turris scriptura diui-
 na ut in canticis canticorum dicitur. collum
 tuum sicut turris dauid. uel excellentiam
 uirtutum significat. uel eminentiam doc-
 torum qui primu loca tenent in ecclesia.
 Unde in canticis canticorum dicitur. Nasus tuus
 sicut turris libani. In naso uero uerbidi
 dispensatores causa discretionis designantur.
 turriq; assimilantur. qui eminenti-
 ssimu locum tenent in ecclesia. Inueni-
 tur aliquando turris in contrariam
 parte positu hoc est quando altitudinem
 sapientiae significat. hinc est illud quod filius
 adae in genesi legimus. turrem excelsam
 aedificare. ubi & confusa est lingua eorum.
 Item turris aedificia. ut in iherusalem & turris
 gregis nebulosae filia sion. ut in diuinis
 sacramentis obumbrata. Quidam aut hanc
 turrem uirginem mariam intellegunt. Item

turres corda reproborum dupliciter
militiae constructae ut in sophonia super
omnem murum munitum & super omne
turrem excelsam. **DE PORTIS.**

Porta dicitur quia potest uel importari
uel exportari aliquid; Propriam autem porta
aut urbis aut castrorum uocatur sicut super
ius dictum est; Porta aliquando in bona par
te accipitur aliquando uero in mala.
In bona ergo parte accipitur quando
ipsum dominum significat per quem nobis ui
tae aeternae aditus patet. Unde ipse ait.

Ego sum ostium per me si quis introierit
saluabitur & ingredietur & egredietur
& pascuum inueniet. Item porta fidem christi
significat. Unde scriptum est per portam in
grediuntur in ciuitatem. Quia per fidem
rectam introeundum est in aedem dei. Por
ta christus uel fides ut in psalmo. Ecce porta domini
iusti intrabunt per eam. Porta uerus uir
ginis mariae siue canon ueteris testam
ti ut in ezechiele uidi portam in domo domini
clausam. Portae scripturae sanctae apostoli uel
opera bona ut in psalmo. Eleuamini portae
aeternales & introibit rex gloriae. Portae
corda hominum siue auditus mentis a dia
bolo dudum obsessae. Postea a christo posses
se ut in genesi possidebit sementium id est
christus portas inimicorum suorum. Item porta
doctores sancti intellegantur qui nobis ape

riunt dogmatibus suis introitum regni
caelestis. Et contrario uero portae nomi
ne heretici & falsi doctores exprimentur
per quas perdit in gehennam intrent.

O equibus dominus ad petrum ait. Tu es petrus &
super hanc petram aedificabo aedem
meam & portae inferi non preualebunt
aduersus eam & psalmista qui exaltat
me de portis mortis ut adnuntiem om
nes laudes tuas in portis filiae sion.

Porta uero mortis est diabolus uel omnis in
lecebra saecularis. Quo per haec uoluerit
nunc exitum infeliciter introitur. Libere
est ergo ex illis portis mortalibus mistis
portis aedem quae beatitudine tri
buunt sempiternam pronuntianturum
se laudes domini pollicetur. Per quas nomen
eius eximium toto orbe celebratur.

III. DE VIIS.

Vicissim spatia angustia quae inter uicos
sunt. Uel in bonam & in malam partem
posita reperitur. In bona ubi dominus ait.

Ego sum uia & ueritas uita. Et psalmista
uia inquit ueritatis elegi hoc est doctrinam
ueritatis. Et contrario est alia uia. De qua
idem propheta dominum deprecans ait. Uiam in
iquitatis amoue a me & in lege tua
miserere mei & in salomone de meretri
ce scriptum est. Uia inquit inferi domus
eius. Item uia rum nomine actiones

humanae uitae exprimentur. De quib; **V.** dñs per prophetā ait. Unū quemq; iuxta uias suas iudicabo dicit dñs dñs. Dicitur arcta & angusta uia quae ducit ad uitam.

Lata & spatiosa quae ducit ad mortem.

Via uitae praesens. ut in euang. esto consentiens aduersario tuo cito dimes in uia.

Uia libri legis & prophetarum. ut in hieremia super uias & uidete. & interrogate de semitis antiquis quae sit uia bona.

Semitae precepta diuina ut in psalmo.

Deduc me in semita mandatorum tuorum.

iiii. Plateae perpetuae a latiore scitatum

uiae sunt iuxta proprietatem linguae

grece a latitudine nuncupatae. Plateae

uero similiter aliquando in bonam par-

tem. aliquando in malam positae repe-

runtur. In bonam quando amplitudine

credentium ingentibus significat. Unde

scriptum: Sapientia foris praedicat

& implicitis dicit uocem suam. Aliquan-

do significat. ueterinam beatitudinem

dilatam sanctorum ut in apocalipsi plateae

tuae hierusalem sternentur auro mun-

do. & per omnes uicos tuos. ^{partem} alt cantabitur.

In malam uero platea ponitur. quan-

do amplitudinem significat saecularium

uoluptatum. quia ut supra diximus.

Lata & spatiosa uia: quae ducit ad

mortem. **DE CLOACIS.**

Cloacae dictae quod his percolantur

aquae. Has primum romanae fecisse

tertium priscum. Ut quotiens plu-

uiarum inundatio existeret. per eas

aquae extra ciuitatem emitteren-

tur. Ne maximis per pluuibusq; tempesta-

tibus pluuem uel fundamenta ut-

bium strages aquarum subuerteret.

Imbuli uel quae sub uolumina sunt uel

quia sub his ambulant. Sunt enim

portici hinc inde platearum. **DE FORO.**

Forus: exercendarum litium locus a fan-

do dicitur. Haec loca & praeostria uocantur.

Ideo quod ex bello punico captis na-

uibus cartaginensium rostra ablata

sunt. & in foro romano praefixa. ut cer-

eus insigniae uictoriae. **DE CURIA.**

Curia dicitur eo quod ibi cura per sena-

tum de cunctis administratur.

VIII. DE PRETORIO.

Pretorium quod ibi praetor praesidet at-

que addiscendum. **VIII. DE GYMNASIO.**

Gymnasium generalis: exercitiorum

locus. tamen apud athenas locus erat.

Ubi disciebatur philosophiae & sapientiae

exercebatur studium. Nam gymnasium

grece uocatur. quod latine exercitium

dicitur. hoc: meditatio. Sed & balnea

& loca curruum & ad letarum gym-

nasia sunt. eo quod illic homines in

suae artis studium exercitentur.

IX. DE CAPITOLIO.

Capitolium romanum uocatum eoq[ue] fuit
romanæ urbis & religionis caput su-
mum. Alii autem cum tarquinius pris-
cus capitolii fundamenta romae aper-
ret. in loco fundamenti caput hominis
litteris tuscis notatum inuenit. & inde
capitolium appellauit.

XI. DE ARCI BVS.

Arces sunt partes urbis excelsæ atque
munitæ. Nam quæ cumq[ue] tutissima
urbium sunt. ab arcendo hostem arces
uocantur. Unde & arcus & arca. Arx
emin aliquando significat mundanâ
potentiam. aut sæcularem sapientiam.
Aliquando uero culmen ueræ sapientie
& celsitudinem uirtutum. Unde legi-
tur. quod dauid expugnauerit arcem
sion iebu seos. Inde expellens & eiciens
de ea cecos & claudos qui ociebant
animam dauid. & uocauerit eam de-
inceps ciuitatem dauid. quia saluatore
noster de gentium multitudine uel
de qua libet anima malignos sps eici-
ens sibi eam per illuminationem sapi-
entiae inlustrat. Merito arx sion id est
speculationis & uisio pacis ipsa tum uo-
cabitur atq[ue] deus tunc recte per psal-
mistam dicitur. Notus in iudea ds in

israhel magnum nomen eius. Et factus
est in pace locus eius & habitatio eius
in sion. Circum romani dicitur putant
acircuitu equorum eo quod ibi circum
metas equi currant. Theatrum autem
abspectaculo nominatum. quod in eo po-
pulus stans desuper atq[ue] spectans ludos
scenicos coramtemplaretur.

XII. DE AMPHITHEATRO.

Amphitheatrum uero uocatum quod
ex duob[us] sit theatris compositum.

Nam amphitheatrum rotundum est. the-
atrum uero ex medio amphitheatro
est semicirculi figuram habens. Labo-
rinthosus; perplexum parietib[us] aedifici-
um; ^{iquibus} apud cretam a dedalo factus. ubi
fuit minotaurus indusus. In quo si quis
introierit sine glomere linc exitum
inuenire non ualeat. Cuius aedificia-
lis; situs ut aperiens; fores tronitu-
um intus terribile audiat. descen-
ditur centenis ultra gradibus intus simu-
lacræ & monstrificæ effigies in partes
diuersas transitus innumeri per tene-
bras & caetera ad introitum ingrediendi
um facta. Ita ut tenebras eius in læcem
uenire impossibile uideatur. Quatuor
autem sunt laborinthei. primus ue-
gyptius. secundus creticus. tertius in
lemno. quartus in italiae omnes ita

constructi ut dissoluere eos nec secula qui
Txxiii. dem possunt. **DE FARO.**

Farum turris: maxima quam greci acla
tini in commune ex ipsius rei usu farum
appellauerunt. eo quod flammaram in
ditio longe uideatur a nauigantibus
qualem ptholomeus iuxta alexandria
construxisse octingentis talentis tradi
tur usus eius: nocturno nauigum cursu
ignes ostendere ad pronuntianda uada
portusq; introitus ne decepti tenebris
nauigantes in scopulos incidant. Nam
alexandria fallacibus uadis insidiosos
uacessit habet. hinc igitur importabi
machinas ad perlucendi ministerium
fabricatos faros dicunt. Nam fos lux
est. Oros uisio dicitur. unde & lucifer
grece fos foros appellatur. Cocleae
sunt altae & rotundae turres & dic
tae cocleae quasi ciliuae quod in eis ta
quam per arcum orbemq; conscende
tur. quales est romae centum lxxv.

Txxiiii. pedibus. **DE THERMIS.**

Thermas appellatur quod caleant. gre
ci enim thermon calorem uocant.

Txxv. **DE BALNEIS.**

Balnea uero nomen inditum a lauatio
ne meroris. Nam greci balanon dixerunt
quod anxietatem animi tollat. haec & gi
nasia dnt quia ibi ad letre uncto cor

pore & perfricato manibus exercitantur.

Nam gymnasium grece latine exercitium
dicitur sicut supra ostendimus.

Txxvi. **DE POLITERIO.**

Apoliterium ubi lauantium uestimenta
ponuntur ab exuendo scilicet dicitur.

Apodetherm enim grece exuere dicitur.

Popina greca sermo: qui apud nos corrup
tae propina dicitur. Est autem locus iux
ta balneum publicum ubi post lauacrum
a fame & siti reficiuntur. unde & propina
& propinare dicitur. Pina enim grece fa
mem significat. eo quod hic locus fame
tollat.

Txxvii. **DE TABERNIS.**

Tabernae olim uocabantur aedificae
plebeiorum paruae & simplices inuicem
sexibus & tabulis clausae. unde & taber
nae quae ibi solebant confedere. Dicitur
autem tabernae quod ex tabulis lignisq;
erant constructae quae nunc & sinon spe
ciem nomen tamen pristinum retinent.

Txxviii. **DE MACELLO.**

Macellum dicitur quod ibi mactentur
pecora quae mercantibus uenundantur.

Mercatum autem a commercio nominatum
ibi enim res uendere uel emere solitum
est. Sicut & teloneum dicitur. ubi merces
nauigium & nauitarum emolumenta
redduntur. Ibi enim uectigalis exactor
sedet. pretium rebus positurus & uocem

amencatoribus flagrant.

LXXVIII. DE CARCERE.

Carcer est a quo prohibemur exire & dicitur carcer a coercendo. Carcer iuxta allegoriam aliquando significat tribulationem presentis uitae. ubi tribulantur electi ad tempus. De quo propheta ait. Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo. Aliquando custodiam inferni ut est illud in euangelio. Iudex tradet te ministro & in carcerem mittatis & reliqua.

LXX. DE HABITACULIS.

Habitatio ab habendo uocata ut habitare casus. Domus ex greca appellatione uocata nam domata greci tecta dicunt. Est autem domus unius familiae habitatio sicut urbs unius populi. sicut orbis domicilium totius generis humani. omne aedificium antiqui edem appellauerunt. Alii edem ab edendo sumpsisse nomen existimant. dantes exemplum de plauto si uocasse uos in edem ad prandium. hinc & aedificium eo quod fuerit prius adaedendum factum. Domus caro saluatoris assumpta in sca aetate. ut in salomone; sapientia aedificauit sibi domum. & in psal. In domum domini ibimus cum consensu.

Domus corda fidelium uel corpora ut in exodo. ponetis de sanguine agni super utrumque postem & super liminaribus domus in quibus edetis illud. Domus corda reproborum ut in esai. & orientur in domibus eorum spiritus. id est sollicitudo saeculi. Domus diaboli conuentus omnium malorum ut in salomone. ne forte impleantur extranei uiribus tuis. & labores tui sint in domo aliena. Aula domus; regia siue spatiosum habitaculum porticibus quattuor conclusam.

Atrium magna edes; siue amplior & spatiosa domus & dicitur; atrium quod ad dantur ei tres porticus extrinsecus. Alii atrium quasi ab igne & ligno atrium dixerunt. atrium enim fit ex fumo. Aula enim sciam ecclesiam significat aut conscientiam mundissimae animae.

Ipsa; enim aula regalis & habitatio spiritus sancti. Sicut dicit apostolus. quia templum dei est & spiritus dei habitat in uobis.

Domus enim aliquando significat sciam aeternam ut; illud. domum tuam decet scitudo domine in longitudine dierum.

Aliquando caelestem hierusalem. de quo legitur. Laetatus sum in his quae dicta sunt mihi in domum domini ibimus. Aliquando uero animam sciam in qua habitat deus. Atria enim aut presentem

aedem significat. dicitur introitum
fidei. unde scriptum: stantes erant pe-
des nostri in atriis tuis hierusalem. Sig-
nificat enim eos qui iam impenetrabi-
lib; sunt aedem. siue qui ingressus eius
esse meruerunt. Thalamum hanc eccle-
sia uocatum ferunt. Cum enim nuptiae
fuisse aromanis libinae. ex quibus
cum una ante alias species nobiliscum
magna omnium admiratione rapo-
retur. thalamum duci eam nuptiis re-
sponsum: dari. Et quo hae nuptiae fe-
liciter cesserant institutum: ut in om-
nibus nuptiis thalamum nomen haberetur.
Aegypti quoque lingua sua loca in quibus
nubentes succedunt. & cubant. thalamum
nominant. Thalamus ergo mistice
uteram scilicet mariae uirginis signi-
ficat. In quo natura nostra coniuncta:
uero dei. hoc: scilicet aetate xpo filio dei co-
pulata: uel corda sanctorum in quibus
anima per amore sponso inuisibili
iungitur. ut eius desiderio ardeat.
nullaque iam que in mundo sunt con-
cupiscat. Presentis uitae longitudinem
poenam deputet. exire festinet & amo-
ris amplexu in caelestis sponsi uisione
requiescere desideret.

Cubenaculum dicitur a communione

uescendi. unde & coebium congregatio.
antiqui enim publicae. & in commune
uescebantur. nec ullius conuiuium singu-
lare erat ne in occulto deliciae luxuri-
am gignerent. Caenaculum ergo signi-
ficat sciam aedem in qua xps. miste-
rium passionis suae & sacramentum cor-
poris & sanguinis sui dicitur. nec non
& ubi sps scilicet in specie ignis super centum
xx credentes descendit & uariarum
linguarum loquela eis per eundem spm
data: Triclinium: caenaculum autem
lectulis discumbentium dicitur.

Aput ueteres enim in loco conuiuii appa-
tus exponebatur. Clinion enim grece lec-
tum uel accubitum ex quo confectum
est. ut triclinium diceretur. Triclinium
ergo fidem scilicet trinitatis exprimit.
ubi scilicet animae fide spe & caritate qui-
escentes expectant introitum regni
caelestis. Ciella dicitur quod nos occultat
& caelat. Cubiculum uero quod deo cubant:
Ibique dormientes requiescimus. cubile
autem cubandi locus: secessus quod sit
locus id: sine accessu. Cubiculum spiri-
tualiter significat cordis secretum. ubi
iubetur ut euangelicus orare patrem
caelestem. Unde ei dicitur. tum autem
cum oraueris intra cubiculum & clu-
so ostio ora patrem tuum. Diuerso tamen

dictum eo quod ex diuersis uis ibi conue-
niatur. Hospitium sermo grecus: ubi q̄s
ad tempus hospitali iure inhabitat. &
iterum inde transiens migrat inde & in-
tatum quia mutatur. Unde legitur &
castra metata sunt. pro mutauerunt. non
enim illic permanet exercitus sed per-
transit. Diuersorium potest significare
presentem aetatem ad quam undiq; gentes
conuenientes habitaculum quaerunt.
& in eo hospitio manentes aditū expec-
tant supernae patriae. Apogeuum: &
constructum sub terris aedificium quod
nos antrum uel speluncam dicimus. So-
larium quod soli & aere pateat quales
fuit locus in quo dauid barsabeue. lamay-
tem aspexit & adhaeruit. Cuius mis-
terium patet quia xps uidens aetatem
degentib; se a peccatis per penitentiae
lacrimas. atq; baptismi sacramentum
purificantem eius speciem concupiuit.
& sibi sponsam associare desiderauit.
Ex xenodochium uero: habitaculum
factum ad suscipiendos peregrinos. Ita-
que cum hierosolimam antiochus ob-
sideret. iranus princeps iudeorum re-
serato dauid sepulchro. tria milia
auri talenta inde abstruxit.
Ex quibus trecenta antiocho dedit.
ut obsidionem relinqueret. Atq; ut fac-

ti inuidiam demeret. Fierit ex reliqui-
peccunia instituisse. Primus xenodochium
quibus aduentum susciperet pauperum
& peregrinorum. Unde & uocabulum sump-
sit. Nam ex greco in latinum xenodochi-
um peregrinorum susceptio nuncupatur.
Ubi autem egrotantes de plures colligunt.
missio comion dicitur. grece in quo consup-
ta languoribus. atq; in edis miserorum
membra fouentur.

LXXI. DE AEDIFICIIS SACRIS.

Sacraium proprie: locus templi in quo
sacra reponuntur. Sicut donarium est.
in quo collocantur oblata. sicut lectister-
nia dicuntur. ubi homines consedere
sueuerant. ab inferendis igitur & depor-
tandis sacris. sacraium nuncupatur.
Donarium uero eo quod ibi dona reponan-
tur. quae in templis offerre consueue-
runt. Oratorium orationi tantum:
consecratum. in quo nemo aliquid agere
debet nisi ad quod factum unde & no-
men accepit. Penetrulium secreta sunt
oraculorum. & penetralia dicta sunt.
ab eo quod: pene intus. Monasterium
unius monachi habitatio: steno statio
id: solitari habitatio. Coenobium ex
greco & latino uidetur. ee. compositum
est enim habitaculum plurimorum
in commune uiuentium. Caeno enim

grece commune dicitur. Fana dicta
 a finis quibus templum error gentium
 construebat. Unde consulentes demo
 nu responsa audierunt. Delabra uete
 res dicebat templum fontes habentia a qui
 bus ante ingressum diluebantur & appel
 lari delabra ad diluendo ipse sunt nunc
 uedes cum sacris fontibus in quibus fideles
 regenerati purificantur. & bene quod da
 praesagio delabra sunt appellata. Super
 enim in ablutione peccatorum. Fons aut
 in delubris locus regeneratorum: in quo vi
 gradus in spissis misterio formantur. u.
 in descensu & tres in ascensu. Septimus
 uero is: qui & quartus. id est similis filio ho
 minis extinguens fornacem ignis stabili
 limentum pedum fundamentum a quo in
 quo plenitudo diuinitatis habitat cor
 poraliter. Basilice prius uocabantur re
 gum habitacula. unde & nomen habent.
 Nam basileus rex & basilica regis habitatio
 nes. Nunc autem ideo diuina templum
 basilice nominantur. Quia ibi regi omnium
 deo cultus & sacrificia offeruntur. Masta
 rium locus martiri grece diruictione
 eo quod in memoriam martiris sit construc
 tum. uel quod sepulchrum sanctorum ibi sint mar
 tirum. Aram quidam uocatum dixerunt.
 quod ibi incensae uictimae ardeant. Alu
 iras dicitur a peccatoribus: quos greci iras

diciunt. Pulpitum quod in eo lector uel
 psalmista in publico conspicit a populo
 possit quod liberius audietur. Analo
 gum dictum quod sermo inde predicetur
 Nam logos grece sermo dicitur. quod ipsu
 altius situm: Tribunal eo quod inde
 a sacerdote tribuantur precepta iuen
 di: enim locus in sublimi constitutus.
 unde uniuersi exaudire possint. Alias
 tribunal a tribus denominatum quod
 ad illum tribus conuocetur. Tribunal
 aliquando in scripturis sanctis potentiam
 maiestatis diuinae quia iudicaturus:
 mundum significat. Ut: illud in euange
 lio. Dum uenerit filius hominis in sede
 maiestatis sue. tunc congregabuntur
 ante eum omnes gentes. & in apostolo.
 Omnes inquit stabimus ante tribunal
 christi. ut recipiat unusquisque proprium cor
 poris sui prout gessit siue bonum siue malum.
 Sacra sunt loca diuinis cultibus instituta
 ut puta ea in quibus altaria litantibus de
 more pontificibus consecrantur. Sacra lixe
 ta ueteres exteriora templi sunt. Sacra aut
 sanctorum locus templi secretior ad quem nul
 li erat accessus. Nisi tantum sacerdotibus
 Oicta autem seu sanctorum quia exteriori
 oraculo sanctiora sunt. uel quia sanctorum
 sanctiora sunt. sicut cantica canticorum
 quia cantica uniuersa praecellunt.

S^cm autem a sanguine hostiae nuncupatu
 nihil enim sc^m apud ueteres dicebatur
 nisi quod hostiae sanguine esset consecru
 tum aut consparsum. Item sc^m quod exstat
 cet sanctum. sancire autem est confirma
 re & interrogatione pene ab iniuria defende
 re. Sic & leges sc^e & mores scⁱ esse dicuntur.
 Propitiatorium quasi propitiationis oratio
 num. Propitiatio enim placatio est. Ora
 cula dicta eo quod inde responsa reddan
 tur. & oracula abortu. Quia autem materi
 am ad instructionem tabernaculi d^{ns} que
 sicut ipse in exodo manifestat dicens ad
 moysen loquere filius isrl ut tollant mihi
 primitias ab omni homine qui offeret ul
 troneus accipietis primitias mihi & nos
 primitias bonoru nrorum d^{no} tollimus.
 Quando siquid boni agimus totum hoc diu
 nae gratiae tribuimus. Haec sunt autem
 quae accipere debetis. aurem. argentum.
 & aes. iacinthum. ac purpuram coecumq.
 bistinctum & bistium. pilos capraru. & pel
 les arietum rubricatas. pelles iacinthinas
 & ligna sethim. oleum ad luminaria con
 cinanda. aromata in unguentu & thia
 ma bonis odoris. lapides onichinos & ge
 mas adornanda ephod ac ritione.
 facient q. mihi sc^aarium & habitabom
 medio eorum. Cuncta haec quae d^{ns}
 sibi a priore populo ad faciendum sc^a

num materialiter offerri precipit.
 nos quoq; qui spirituales filii israhel. id
 imitatores dⁿⁱ uidetis populi ee. deside
 ramus spirituali intelligentiae debemus
 offerre. Cui uidelicet aurum offerimus
 cum claritate uere sapientiae quae
 infide recta resplendemus. Argentum
 cum dolore nro confessio fit in salutem.
 Aes eandem fidem publica p^dicatione
 diuulgare gaudemus. iacinthu cum ser
 sum corda leuamus. purpura cum corpus
 passionis subicimus. Coecum bistinctum
 cum gemina. id: di & proximi dilectio
 ne flagramus. Bistium cum carnis casti
 tatem sentimus. pilos caprarum. cum
 habitum poenitentiae ac luctus indu
 mas. Pelles arietum rubricatas. cum
 ipsos dominici gregis duces suo sangui
 ne baptizatos uidemus. Pelles iacin
 thinas cum nos post mortem spirituali
 in caelis corpora habituros esse speramus
 Ligna sethim. cum purgatis peccatorum
 spinetis munda carne & anima d^{no} soli
 seruiamus. Oleum ad luminaria con
 cinnda. cum fructibus caritatis & miseri
 cordiae resulgemus. Aromata un
 guentum & thimuma boni odoris.
 cum opinionem bonae nostrae actio
 nis multis ad exemplam bene uiuendi
 longe lateq; diffundimus. Lapidet

onichinus & gemmas ad ornandum ephod
 ac rationale. cum miraculis scorum
 quibus cogitationes deo deuotus & ope
 ra uirtutum ornauere digni laude
 predicantur. Atq; haec in adiutoriu
 nostrae fidei ubi opus fuerit adsumi
 mus quia enim in humeris onera gesta
 re solemus. Recte ephod id est super hu
 merali operu iustorum & p̄p̄ulo labo
 res insinuuntur. Quia uero in pecco
 re cogitationum sedes est. recte in rati
 onali qui est habitus pectoris rationales
 mundae electorum cogitationes expri
 muntur. Lapidem onichinum & gemme
 ornant ephod ac rationale. Cum ex
 imus summorum picturam uerbis & co
 gitationibus & uita miraculorum insigni
 uinguntur. Legitur ergo in ueteris tes
 tamento de tabernaculi constructio
 ne quod moyses fabricauit in deserto
 & de templi aedificatione quod ae
 ficauit salomon in terra. re promissi
 onis ubi in utroq; aedificio sc̄a & sc̄i
 scorum commemorantur. quoru mis
 teriu recte intelligentibus facile pu
 tant. Quia utroq; domus sanctam
 ecclesiam designant. Uerum quia
 prior domus in itinere quo uel terra
 re promissionis ueniebatur. Haec aut
 aedificabatur in ipsa terra re promi

sionis & in ueteris hierusalem illa ut
 de loco ad locum crebro locaturu mi
 nisterio potest. tandem in terram
 promissae hereditatis induceretur. Haec
 ut mox in pictura ipsa & in uita de
 regi constructa in uolubili semper fun
 damento consisteret donec in celum
 sibi figurarum caelestium manus imple
 ret. Potest nulli presentis ecclesiae
 labor & exilium. in hac futura requi
 es & beatitudo figurari. Uel certe
 quia illa a solis filio israhel. haec aut
 a profetis etiam gentibus facta est. Possunt
 in illa principaliter picturae ueteris
 testamenti & antiquas ille di populis
 In hac autem congregata de gentibus
 ecclesia figuratim exprimi. Quam
 uis aedificium utriusq; domus enucle
 atius spirituali sensu excussim & labo
 res presentis ecclesiae cotidie nos & pro
 mia in futuro per omnia gaudia que
 regni caelestis et electionem primae
 de ista ecclesiae et salutem omnium
 gentium in xpo. multa modis osten
 datur insinuare figuris. Sc̄m au
 quod uelo suspensio. a sanctuario se
 paratum est. significat praesentem
 ecclesiam quae peregrinatione istius
 mundi uersitat. Sc̄m autem scorum
 illam quae in caelis est. Quia ipsa

scā aedētia quae a scīs angelis & homi-
nibus constans. partim adhuc peregrina-
natur in infimis. Partim autem insu-
perna pietate regnat insuperas. Ad-
huc ciues suos dirimente uelo celi ha-
bet ab inuicem segregatos. De qua pau-
lus apostolus ad hebreos scribens. plenif-
sime testatur. cum xp̄m uerum ponti-
ficem asserit. non per hyrcorū & utulo-
rum sed per propriam sanguinem intro-
isse semel in scā aeternae redemptione
inuenta. Deniq; In scripturis scīs ali-
quando tabernaculum corpus dñi sal-
uatoris sigf. insulat. In sole posuit
tabernaculum suum. Item taberna-
culum dī scā. Ecclesia siue anima fi-
delis in peregrinatione mundo degens.
Unde legitur in psal. Quo ingrediat
in locum tabernaculi admirabilis usq;
ad domum dñi. & in apostolo taberna-
culum quod fixit dñs & non homo. De
hoc tabernaculo in exodo dñm moysi-
ta locutum fuisse narratur. facies mi-
hi scificationem & inde uidebor uo-
bis. Columnae tabernaculi doctores
sunt aetuae. ut in apta. Iacobus &
Iohannes & cephus. qui uidebantur.
columnae eō. Sere siue uerbes que
tabulas siue columnas continebant
scripturam sacra uel concordiam

scōrum predicatorum significat. Unde
robor & firmitas eorū demonstratur.
Caput columnarum xp̄s in apostolo.
caput uiri xp̄s. Continuae tabernacu-
li multitudo fidelium fidei fimbriae
utq; scripturarum p̄ceptis suspensae.
Ansale. continuarum. In antibus cae-
lestis p̄ceptis. Suga cilicini un-
decim sub peccatorum forma expro-
muntur. quinquaginta circuli spem
future quietis significat. Scā scōrum
celestis illu partū & internu gaudiu
regni caelorum. Duo cerabin duo tes-
tamentu legis. Archa testamenti
aedētia. Unde legitur in psalmo.
Exsurge dñe in requiem tuam tu & ar-
ca scificationis tuae. Propitiato-
rium super arcam xp̄s. in capite
aedētia. in eptū. Ioh. Ad uocatu
habemus apud patrem. ih̄m xp̄m
iustum & ipse i. p̄pitiatio pro pecca-
tis nostris. Quattuor circuli auri
in quib; arca portabatur. quatuor
euangeliorum libri quibus
aedētia per quattuor mundi
partes accintu predicatur. Uec-
tes delignis in putribilibus circulis
intro missi fortes predicatores meri-
to incorruptu euangelicū
predicationi semper inter-
ti

Uma aurea curo: saluatiōis mundi per
petuae diuinitatis dulcedine reple
ta. Mensa dñi ih̄s x̄p̄s quiesc̄ refec
tio electorum siue unitas fidei.

De quo dicit psalmista: parasti in
consp̄ctu meo mensam. Potest &
mensa delignis ser̄uim̄ facta sc̄p̄
turam sacram significare desor
tibus sc̄orum patrum uerbis actib;
que conp̄t̄. Quae dam nobis
que sint ueterna ḡuicha beattudi
nis. & quomodo adhaec per ueniat
ostendit. Cibum profecto nobis salu
tis ac uitae suggerit. Uaria uasa que
ad offerenda libuim̄ sunt facta
uirtute sunt distinctioes eloqui diu
ni prodispari capacitate audientiu.

Panes propositionis super mensam
positi semper doctores sunt spiritu
les qui in lege dñi die ac nocte medi
tantes cunctis aedesiā mirantibus
refectionem uerbi celestis offerunt.

Quod etiam ergo panes in mensa taber
naculi. xii. sunt apostoli & omnes doc
trinae illorum sequaces in ecclesia.

Candelabrum corpus dñi uel sc̄i actū
aut diuina scriptura. In Zacharia.

Uidi ad dext̄is altaris candelabra duo
argentea. septem lucernae candela
bro super posita. septiformae aedesiue

sacramentum uel fides. In exodo lucer
nae aedesiue fides uel opera iustiae

In salomone propterea non extingue
tur lucerna eius per totam noctem.

Paxilli ueteri in tabernaculo patriar
charum & prophetarum. obtinent sa
cramentum. Paxillus dñi ih̄s x̄p̄s in cor
da fidelium defixus sicut in esau de
o loquitur. figam illum in dono fidei.

Paxillus conpunctionis stimulus sicut
in deuterio nomio scriptum est. Habe
bis locum extra castra ad quem egre
diens ad requisita naturae gerens paxil
lum in balteo. Circulus spiritalis in sc̄p̄
turis circatus in exodo. Catenulae
testimonia scripturarum inuicem se con
tinentia. Uasa in tabernaculo fideles
in actū. Unde dicit ap̄to. In magna aut
domo non solum sunt uasa aurea & ar
gentea sed & lignea & fictilia. Ostium
tabernaculi presens uita siue introitus
ad fidem uel in curatio bonoru operum.

Unde in leuitico & adducet eum ad osti
um tabernaculi & ponet manum super
caput hostiae suae. Altare aureum
ipsa diuinitas uel altitudo fidei in ex
odo non ascendat per gradus ad altu
re meum. Nam in ueteri testamento
duo altaria facta eō. leguntur. Unū
erit altare holo causti in quo uictimae

Immolabantur. Aliud altare thymi
 amictis. In quo incensum dño offerebu
 tur. sed altare holocausti generaliter
 uitam designat. Iustorum qui carnē
 suam cotidie crucifigere. cum uicis &
 concupiscentis atq; inostium uiuente
 dō offerre consueverunt. Altare thymi
 amictis quod in adolendum thymioma
 factum erat speculem quorundam per
 fectorum uitam significat. Neque frus
 tra in illo. carnes animalium incende
 bantur. in hoc adolebatur incensum ni
 si quia in illo figurabantur. In quō non
 secundum desideria carnis ambulat.
 sed quasi haec dño immolantes omnes
 sui corporis sensus per ignem scā sps eius
 uoluntati dedicant. in isto autem illoru
 tr̄pus exprimitur. Qui maiore mentis
 per sectione exantat propulsus uel supra
 inlecebris omnibus carnis sola dño orati
 onum uota offerunt. nil quidem decur
 ne quod se impugnet nil de conscientia
 peccati unde conturbentur ac paucae
 habentes sed dulcius profusione lacrima
 rum olitantes uenire & parere ante fa
 ciem di. Unde apte hoc altare inuis
 inuicium ueli & carce illud ante taber
 naculum foris positum? Quia nimirū
 illi In conspectu scāe aedesiue cuncti
 in exemplo uitatum prae fulgent.

I sti altaris ardore desiderii contempla
 tionis future beatitudinis & cum corpo
 re detenti non minimū propinquunt.
 A pte illud uere hoc uestiri auro p̄cipi
 tur. Aes namq; plus alus metallis sono
 rum ac diu durabile? Aurum uero
 quantum sono succumbit tantum splen
 dore prestat. ueremento. illud docto
 rum praedicationem fornicus signifi
 cat. istud interius splendorem carita
 tis diuinae intamēt ubilamine com
 temptionis di abundanter inlustra
 tur. Potest & altare mystice signifi
 care. cordu electorum in quibus dño
 hostia laudis & bonae deuotionis of
 fertur. uel altitudinem fidei ut? illud
 in psalmo. tunc impones super altare
 tuum uitulos. Quidam hoc loco di
 cunt ipsum dñm uitulum quise hosti
 am optulit pro salute cunctorum.
 Qui propter siue de adulescentibus siue
 de predicatoribus siue ^{de} martiribus sep
 tiatur. Tales tamen propheta ui
 tulos altaribus dño potuit promit
 tere quos cristianue religioni noue
 rit conuenire. Altare corpus sal
 uatoris adsumptum. in exodo. Alta
 re deterra facietis mihi. Altare scā
 aedesiue In deuteronomio. Cum tran
 sieritis Iordanem aedificate altare

de lapidibus quos ferrum non tetigit. id est. de scis fidelibus quos nulla scisma heresim aut contuminatione peccati maculauit. Item altare significat pascua scripturarum ut in psalmo. Lauabo inter innocentes manus meas & circumbo altare tuum dñe. Rursum altare corda scorum significat. In leuitico ignis autem in altare semper ardebit. id est ardor caritatis. Cornu altaris est. altitudo celestis patrie. ut in psalmo. Constituite diem sollempnem In confectionibus usque ad cornu altaris. Altare uenerunt corda carnalium in quo altari carnes In holocaustum cremabantur qui operum carnalium deplorant. Incensum orationes sunt scorum In psalmo. Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo dñe. Sacrificium oblatio iustitiae. in psalmo. Sacrificate sacrificium iustitiae. Holocaustum id est totum combustum totus fidei accensus siue carnis mortificatio; est enim quidam ignis caritatis omnium membrum hominis. In proprio usus adsumens ut non eum permittat militare peccato. & in psalmo. holocaustum medullatum of

ferum tibi. hostia pacifica opus misericordiae quae ideo hostia pacifica appellatur eo quod hostie diaboli resistat & dō hominem reconciliet. In psalmo. Tollite hostias & introite in atriū eius. Adipes pacificorum conpunctio cordis & lacrimarum profusio intellegitur. In leuitico & inpositum de super holocaustum uolebit. in atriū uero superbia quae continentiae cultro in atriū cordis iugulatur. In atriū furor. In hircō libido. In utero carnis uoluptas. In magno lasciuia In edis peccata diuersa. Per turturem & columbum munditia castitatis & simplicitas cordis in sacrificium differtur. In similitudine puritatis mentis uel operum misericordiae. In prius Initium bonorum operum uel bonae uoluntatis. In undecimis uero perfectio bonorum operum. Sacerdos dñs: ih̄s xp̄e. in psalmo. Tu es sacerdos secundum ordinem melchisedech. Sacerdotes sc̄i ut in iſaiā. uos sacerdotes dñi uocabimini ministri dei nostri. & in mulam partem. In mulam dicitur. uos sacerdotes quid polluistis nomen meum. Uestimenta sacerdotum operum iustitiae. Sacerdotes tui

dñe induantur iustitiam. Item. Uestim
 tu sacerdotis p[ro]phetarum fidelium. In leuitico
 caput suum non disco periet & uestim
 tu non scindet. Tunicam lucaniam xpi
 ecclesie eius sanguine decorata in
 exodo. & fecerunt tunicam uincinam
 & cetera. Super humerale uirtus ope
 rationis ab humeris significata in ex
 odo. & fecerunt super humerale de
 uero. & lucintha. purpura. & cocco. &
 bisso retorta. Rationale doctrinae
 uel ueritatis seu rationis apectore
 declaratio. In exodo. & fecerunt ratio
 nale opere textili. Duodecim lapides
 in rationale qui tercio ordine terni
 positi fidem trinitatis. & euangelicū
 sermonem. atq; xii. apostolorum doc
 trinam inpectore sacerdotis semper
 inesse demonstrat. Poderis hoc est
 tunicam secretior in exodo & fecerunt
 uestimentum poderis sub umbone
 opus textile totum lucaninum
 In manubulum aureum uestimentis
 inserta sermo predicationis ope
 ras coniunctas. Mala punicea in
 manubulis permixta unitas fidei
 & concordie caritatis. Luminum
 aureum in fronte crucis prefigura
 tio uel manifestum iustitiam. In exo
 do. & fecerunt luminum aureum

& fecerunt in eis litteras deforma
 tas signacula scētatis dñi. Scētato
 rum misteria quaeq; dñi uel reg
 ni caelorum in apostolo non enim
 in manu factis scētis ih̄s introiit ex
 emplum uerorum sed in ipsum cae
 lum ut appareret nunc uultu dī.
 Templi nomen generale proloas ē
 quibus cumq; magnis antiqui tem
 ple dicebant. & templum dictū
 quasi tectum amplum. Sed & locus
 designatus ad orientem uel contempla
 tione templum dicebatur. Cuius
 partes quattuor erant unam ad
 ortum posticam. ad occiduum sinistram
 ad septentrionem dextram ad me
 ridiem expectantem. Unde & quan
 do templum construēbant orien
 tem expectabant & quinoctialem
 lineam ut lineam ab ortu ad occidentem
 missam fierent partes caeli dextra
 sinistrae ac quales ut qui consuleret
 uel deprecaretur rectum aspiceret
 orientem. Templum mysticae uel
 corpus dñi significat. de quo ipse in
 euangelio ait. Soluite templum hoc
 dicit dñs & in tribus diebus excitabo
 illud. uel coetum scōrum quibus apos
 tolus ait. Uos estis templum dī &
 sp̄s dī habitet in uobis. si quis autem

templum di uoluerit disperdet illa
 di. templum enim di scilicet est quod est
 uos. Si ergo ille templum di per
 assumptionem humanitatem factus
 est. & nos templum di per inhabi
 tantem spiritum eius in nobis
 efficiamur. Constat utique quia
 figuram omnium nostrum. & ipsi
 ut uidelicet dicitur & membrorum
 eius quae nos sumus. templum
 illud materiale tenuit. sed ipsi
 ut tamquam lapidis angularis
 figuriter electi & praeuocati.
 in fundam^{ento} fundata. nostri
 autem tamquam lapidam
 uuorum super aedificatorum.
 super fundam^{entum} aposto
 lorum & prophetarum. hoc est
 super ipsum dnm. Domus autem
 quam aedificabit rex salomo
 dno habebat. lx cubitos in lon
 gitudine. & xx cubitos in latta
 tudine. & triginta cubitos in el
 titudine. Longitudo domus lon
 gumentum designat aedem.
 quae exilio peregrinationis huius
 pacienter aduersa quaeque tole
 rat. donec ad patriam quam ex
 spectat perueniat. lattaudo
 insinuat caritatem. nouit quae

dilectio sinu mentis non solum ami
 cos in dno. sed inimicos diligere propter
 dnm. donec ueniat tempus quando
 siue ad pacem suam conuersis. seu fun
 ditus omnibus. extirpatis inimicis. cum
 solis gaudeat amicis in dno. Altitudo
 spem denuntiat futurae retributio
 nis. Cuius intuitu libenter infima que
 que siue quae demulcent. seu quae aduer
 sarius contempnit. usque dum ut usque
 transcensit solum meretur uidere bo
 num dnm in terra uiuentium. Operum
 hinc utique artifex deo fecerat salo
 moni. spiritibus ^{lem} significationem
 habent. Mure fusile decem cubitos
 ulabio usque ad labium rotundum in
 circuitu. figuram tenet sacri bap
 tismi quo in remissionem peccatorum
 emundamur. Duodecim boues qui il
 lud portabant xii apostolos signifi
 cant. & omnes qui uice eorum regen
 dum in xpo sciam susceperunt. ead^{em}.
 Similiter duodecim lateres in quibus hos
 tiae lauabuntur. significant sacra
 mentum. & significationem ipsi scilicet. Co
 rru autem uicula quae praedictas ut
 artifex fingit de uere margilosis terra
 diuersis species significant scilicet hominum.
 quae margilosis terra. hoc interpretatur
 sacra formamur ad ministerium di.

LXXII. DIADITI BVS.

Aditus ab eundo dicitur per quem ingredi-
mur & admittimur. Vestibulum uel a-
ditus domus priuata. uel spectum adiu-
centis edibus publicis. & vestibulum dicitur
eo quod eo uestiuntur fores. aut quod adi-
tum tecto uestitur. aut abstando. Vestibu-
lum aut aliquando significat fidem per
quam intratur in uictam. aliquando hu-
militatem. quia nemo potest ad gradus
spiritualium donorum ascendere. nisi per
humilitatis uirtutem. Unde scriptum est.
Super quem requiescat. spiritus meus nisi super
humilem & quietum & tremulentem ser-
mones meos. Potest quoque per uestibu-
lum fides intellegi. ipsa quippe est ante
gradus & portam. quia prius ad fidem ue-
nimus. & post modum per spirituum
donorum. gradus caelestis uitae aditum
intramus. Non enim uirtutibus uenitur
ad fidem sed fide pertingitur ad uirtutes.
per fidem ergo uenitur ad opera. sed
per opera solidatur in fide. Vestibulum
itaque ante gradus est. quia qui prius cre-
diderit. ipse post uirtutem gradibus
ad portam aditum ascendit. Gradus spi-
rituales ascensus sunt. ut in psalmo. titulo
canticum graduum. gradus eburnei sunt.
cista antiquorum pictum exemplum.
ut in psalterio. a gradibus eburneis ex-

quibus te delectauerunt. In his ergo
uiritum gradibus recte credens ad-
itum ascendit. Porticus quod transitus
sit magis quam ubi standum sit. quasi
porta & porticus eo quod sit apertus.
Porticus aliquando significat aditum
domus. Unde scriptum est. In libro regum.
porticus erat ante templum. xx. cubi-
torum. iuxta mensuram latitudinis
templi & cetera. Porticus quae erat ante
templum & propria lucem solis accipe-
re solebat. Quid aptius quam illi
eius partem. quae dominicae incarnu-
tionis temporu precessit. typice denun-
tiat. In qua sunt patriarche & prophetae.
Qui orientem huic mundo solem iustitiae
primi susceperunt. Et nascens in carne
domino testimonium. siue uiuendo. siue
predicando. siue nascendo. siue & cum
moriendo praebuerunt. Ianua. uero
quodam appellatur. Cui gentiles om-
nem introitum uel exitum sacrificauerunt.
Unde lucanus. ferreum belligeri compes-
cit limina laui. Est autem primus
domus ingressus. cetera intra ianuam
ostium uocatur. Generaliter ostium est
per quod ab aliquo arcemur. ingressu
ab obstando dicitur. Alii uero osti-
um appellare quia hostem morietur
ibi enim aduersurus nos obitimus. hinc

& hostia tiberina que hostibus sunt op-
posita. Fores & ualuue claustra sunt.
sed fores dicuntur q̄ foras ualuue que
intus reuoluuntur. & duplices compli-
cubilesq; sunt. sed generaliter usus
uocabulu istu corruptu. Claustra
uero quod clauduntur dicitur. Ostiu
significat. cogitationem mentis. siue
aditum cordis. ut in euangelio. In au-
tem cum orabis. intru^m cubiculum. &
clauso ostio super te ora pietatem tu-
am. Introitus ingressus per fidem in
ecclesiam. egressus per dissolutionem
curis ad contemp^{tionem} diuinam. ut in euangelio & in-
greditur & egredietur & p̄s-
cua inueniet. & in psalterio.

Dñs custodiet introitum tuum
& exitum tuum de hoc nunc
& usque in seculum. Item osti-
um aliquando a pertionem fidei
significat. ut est illud in apo-
stolo. ostium enim mihi apertu
est magnum & euidentis. Lanua
ergo uel ostium templi dñi. sig-
nificat dñm saluatorem. Quia
nemo uenit ad patrem nisi per ipsu.
Et sicut ipse alibi dicit. Ego sum os-
tium per me si quis introierit salua-
bitur. Item ostium aliquando apertio

nem fidei significat ut est illud in
apostolo. Ostium enim mihi apertum
est. magnum & euidentis. ostium por-
tus. sermo propheticus. qui quasi recto
calle ingredienti. ad ostiu templi
pducebat. quia gratia dñi saluatoris
quae mandum erat redempturus apte
puecibat. Factura ergo porticus
tota fideles illius temporis signat. Ostiu
uero in porticus doctores qui ceteris luce
unt. lanuaq; uitandi ad dñm pande-
bat exprimit. Et bene unu ostiu ppter
consonum in omnibus scis fidem ac di-
lectionem ueritatis. que uidelicet por-
ticus. iuxta latitudinem templi. xx. cu-
bitis longa erat. Quia nimirum antiqui
iusti per longanimitatem deuotie men-
tis desiderabant uenire ad dilectio-
nem ecclesie incartate di quae est in
xpo ihu dño nostro. Legitur autem
in libro regum quod salomon fecerit
Ingressu oracali duo ostiola delig-
nis oliuarum. postesq; angulorum quin-
que. duo sunt autem ostiola quia an-
geli boni & homines sci dñm ac proxi-
mos perfecte diligunt. Nequillus
lanua uitae. ^{msi} per geminam hanc
dilectionem poterit intrare. seu
quia utriusq; populi fidelibus. & iu-
daeis scilicet & gentib; eadem uita lanua

reſeratur. Poſtes habent angulos. quia non ſolum animas electorum caula caeli recipit. ſed & corporib. immoſtali gloua p̄ditis. in iudicio ſuas fores aperit. Cardo eſt locus in quo hoſtium ueſtitur. et ſemp mouetur. dictus a poto cardias quod q̄ſi cor homine totum. ita ille cuneus uniuſ regat ac moueat. Unde puerbiule: in cardine remee. Limma oſtiorum dicta eo quod tranſuerſa ſunt ut limes. & per ea ſicut in agro aut intro eatur aut foris eatur. Poſtes & antes quaſi poſt & ante. antes quia ante uenia ſtant uel quia ante te u ad eas uſcendimus qua domu ingre diamur. poſtes eo quod oſtium ſtent.

Cardo poteſt ſignificare recte fidei firmi tatem. In hac em oſtia ueſtitur. quia extra regulam fidei nullomodo patitur. dilec tionis ordo ſe ſeparari. Item legitur in libro regum. & cardines oſtioru templi ex auro erant. Si oſtia domus interioris ſa ſcorum angelica ſunt miniſteria. que nobis de corpore egreſſis in tronu uitae caeleſtis reſerant. Et oſtia templi docto res ſunt ſa uſacerdotes. qui inſtruendo. baptizando. dominici corporis & ſanguinis miſteria communicando. prima nobis ectae p̄ſentis limina pandunt. Quid cardines utrorumq. oſtiorum. in ſenſus & corda ſunt eorum dem angeloru ſiue

hominum ſcorum quib. immobiliter con tem platione ac dilectioni ſui condi tois adherent. ut eo miniſterium diu nitus ſibi delegatum recte compleat.

Item in malam partem ponitur cardo. ut in ſalomone ubi dicit. Sicut oſtium ueſtitur in cardine ſuo. ita piger in lectulo ſuo. Piger ergo in lectulo ſui corporis ſicut oſtium ueſtitur in cardine. quia modo exire ad operandum. modo ad reſquieſcendum redire p̄ponit. tamen in ſuis iacere prauiſſib. num qua deſiſtit. Limma em oſtioru humi litas & mansuetudines bonoru ſunt moy. quia in ipſis perficiuntur gradus iuſtitu. ibiq. patet ingreſſus regni caeleſtis. d icente ipſo dno. qui ſe humiliauerit exaltabitur. & alibi. beati mtes quo ipſi poſſidebunt terram. & pſalmiſta. Mansueti inquit poſſidebunt terram. & delectabunt in multitudine pacis.

XXIII. DE PARIETIBVS. AEDIFICIORVM.

Fundamentu dictum quod fundus ſit domus. idem & cements uocellendo dictu. quod groſſo lapide ſurgat. Fundamtu em allegorice xps intellegitur. uel fides eius catholica. ſuper qua fundata eſt eccleſia. Unde ſcriptum: in apoſtolo. Fundamentu em aliud nemo pote po nere p̄ter id quod poſitum: in epo ihu.

& item super aedificamini inquit super
 fundamentum apostolorum & prophetarum.
 hoc est doctrinam eorum. Item legitur in
 psalmo de civitate dei hoc est ecclesia. Funda-
 menta eius in montibus sanctis. id est christus dominus qui
 sic ecclesiam suam continet. ut nulla possit
 quassatione titubare. Merito ergo ab
 ipso sumpsit exordium. quem rerum om-
 nium constat esse principium. Parietes nup-
 cupantur quia semper duo sunt partes uel
 adhaerere uel a fronte. siue enim tetragonum
 siue hexagonum sit. quae se conspiciunt ex
 parietibus. Alter enim structura facta de
 formis est parietibus dicimus. quasi parietum
 ruinas. Sunt enim parietes stantes sine tecto
 & sine habitantibus. Angulus dicitur
 quod duos parietes in unum coniungat.
Parietes corpus saluatoris significat. ut
 illud in psalmo. tanquam parietem inclinato
 & maceriae impulsae. & adibi. Ecce stat
 post parietem nostrum. Parietes simulatio hypo-
 chritarum. ut in his Zechiel. ipsi aedi-
 ficabant parietem. illi autem limebant eum
 luto absque pulvis. Fenestrae in pariete
 auditus fidei uel cordis intellectus. ut
 in uiticis canticorum. & ecce ipse stat post
 parietem nostrum respiciens per fenestras
 prospiciens per cancellos fenestrae. uisus.
 auditus. odoratus. & ceteri sensus carnis
 ut in hieremia. Intrauit mors per fenestras

trās uas. Fenestra cognitio cordis uel ip-
 samentis intentio. ut in sophonia. Uox can-
 tatis in fenestra coruus in superluminaribus.
 eius. Pictura in pariete cogitationes prae-
 in corde hominis. ut in his Zechiel. & ecce
 omnia idola domus israel depicta erant in
 pariete. Parietes enim templi dei. fideles sunt
 ex utroque populo. hoc est iudaico et gentili
 ex quibus christus aedificauit ecclesiam suam.
Vnde legitur in regum desulomone. & aed-
 ificauit parietes domus intrinsecus ta-
 bulatis cedris in partimento domus usque
 ad summam parietum & usque ad laque-
 arum operuit lignis cedris intrinsecus.
 intrinsecus quidem domus cedro erat uestita.
Nam forinsecus tantum more lapis ipse de quo
 factu fuerat fulgebatur. ac si ad eum esset
 candido tecto. iuxta sensus uero mysticos
 parietes templi sunt. fidelium populi. ex qui-
 bus secundum uniuersalis consistit ecclesia. quorum
 dilatationum per orbem latitudo designat
 parietum. spem uero & intentionem omne
 ad caelestia erectum. Longitudo uel ceste-
 altitudo parietisque exordium. Lapidum sup-
 inuicem positus constat. presentis statum ec-
 clesiae significat. ubi electi super fundamentum
 christi omnes aedificati sibi inuicem in ordine p-
 temporum curricula succedunt. seque inu-
 cem postantes legem christi quae est caritas ad
 implent. Angulus quod duos parietes in unum

conungit. Angulus autem siue lapis angula-
 ris inscriptus intellegitur xps. eo quod du-
 os parietes conungat. in unum credentes iu-
 delicet ex iudeis & gentib. Unde scriptum:
 in psalmo. Lapidem quem reprobauerunt
 aedificantes. hic factus est in caput anguli.
Sub allusione fabricantium exponitur manus
 opera iudaeorum. soli quippe hominum ad-
 huc in mundo unum deum colentes aedificare
 uidebantur. dum ceterae nationes idolorum
 se cultura destruerent. Aedificantes enim
 tendunt semper ad angulam. ut commissio-
 rum parietum soliditas impleatur. Iudei
 uero fidei suae fabricam minime profecerunt.
 quo ipsum quierat lapis fortissimus angula-
 ris. more dementium putauerunt esse ten-
 nendum. Dns autem xps per tropologiam
 sicut innumeris locis constat expositum.
 ideo lapis dicitur angularis. quia duos ad-
 se populos eduerso uenientes. gentium
 atq. iudaeorum. tanquam geminos parie-
 tes in unam soliditatem gratiam colligauit.
De hoc lapide prophetae. de hoc apostoli. de hoc
 multi diuersa docerunt. Angulus enim tractus
 est ex greco sermone id est agoni. quod Latine
 dicitur genu. quod in flexu speciem anguli con-
 formi qualitate restituit. Nam apud grecos
 originem sui nominis in diriuationibus omnino
 custodit. ut te tragonus pentagonus & his
 similia. Culmina dicta sunt quia apud an-

tiquos teeta culmo tegebantur. ut numerus
 tream hinc teeta summitas culmen dicitur.
Cameratae sunt uolumina introrsum respici-
 entia appellatae aciruo. camur enim grece
 curuum est. Laquearia sunt quae cameram
 subtegunt & ornant. quae & lacunaria di-
 cuntur. Principaliter autem lacus dicitur.
 ut lucius. resultant edesq. lacusq. Cuius di-
 minutio lacunar facit. ut ornatus. neque au-
 reum meure nitet in domo lacunar. Indefit
 alia diminutio lacunarium. & per contasticon
 laquearium facit. Teeta enim siue Laquearia
 seu doctores intellegi possunt. Unde sponsa
 in cantico. ut tigna domorum nra-
 rum cedrina laquearia cypressina. Domus
 quippe suas uaria per mundum fidelium
 conuenicula nominat. equib. omnib. ipsa
 uniuersalis ecclesia constat. Tigna autem & laque-
 aria diuersos in eisdem domibus. ecclesiae fide-
 lium ordines designant. Namq. utraq. in
 alto solent poni. sed tigna ad munitionem
 fiunt. Laquearia uero magis decori domorum
 quam munitionem proficiunt. significat ergo tigna
 predicatorum scilicet quorum & uerbo & exemplo
 structura eidem ecclesiae. ut subsistere possit
 continet. qui suae robore doctrinae turbines
 hereticae impulsionis. necum deiciant ar-
 cent assimilantur. Laquearia simplicioru
 b. xpi famulis. qui propter ecclesiae instaurab.
 potius exornare quam doctrinae uerbis

diffundere. & contra peruersum dog-
 matum impetus nouum munire. Depen-
 dent aut affixa tignis laquearia quia
 necesse est ut quicumq. in secula sublimis
 institutis splendore desiderant. Summorum
